BARTHOLOMAEI ROMVLEI FLORENTINI CLARISSIMI IVRECONSVLTI IN ACADEmia Ingolſtadienſi Legum Profeſſoris ordinarij Primarij

Compendium ſeu Tractatus, de Teſtatorum Præceptis, Bona extra familiam alienari ad nobilitatem conſeruandam inhibentibus: vnà cum Commentarijs in §. Diui Seuerus & Antoninus, in l. filiusfamiliâs, de leg. 1.

BIBL. SEC. COLL. ROM. SOC. IESV.

quæ tardè creſcunt



Diu durant

REVERENDISſIMO IN CHRISTO PATRI, ET ILLVSTRISSIMO PRINCIPI, DOMINO OTTHONI TRVCHSES DE VVALDBVRG, S. R. E. Epiſcopo Cardinali Albanenſi & Auguſtano, Præpoſito ac Domino Elvvangenſi &c. perpetua ſibi obſeruantia colendo, BARTHOLOMÆVS ROMVLEVS Iureconſultus S. P. D.

ADEO SEMPER, ampliſsime Præſul, inſana fuit maledicendi, carpendiq; libido, vt vix vnquam fuerit ſatis tutum ſcriptoribus, ſine tutore aliquo, viro eximio & extra inuidiam poſito, lucubrationes ſuas in lucem emittere. Videmus enim non ſolùm huius ætatis, & noſtri temporis doctos viros, hoc conſuetudinis habere, vt ſcripta ſua Principibus, & authoritate

metuendis offerant, ſed idem quoq; antiquos omnis eruditionis & ſcientiæ principes feciſſe. Theocritus enim apud Græcos, Ptolomæo regi Bucolica ſua dedicauit, & Virgilij, facilè principis inter latinos Poetas, carmen ruſticum Pollio recepit, eiuſdemq́; Æneadum libros Auguſtus, Ouidius in tertio de Ponto Rufinum rogat, vt quos de Cæſaris triumpho libros ſcripſerat ipſe tueretur. Alciat. ille Iurecõſult. monarcha (vt ex innumeris noſtri ſeculi, ipſum duntaxat adducam, qui te viua voce, aliquot annos publico munere ad Iuris ciuilis diſciplinam capeſcendam produxit) ſubciſiuas ſuas operas tuo iudicio ſubiecit. Et quantum credo, nullus extitit ea temeritate, qui librum tutore deſtitutum, tanquam genio ſuo victurum ſperauerit. Quamobrem & ego, quotieſcunq;

tieſcunq; meorū laborum aliquem edi-
di, ſemper illum è nobiliſsimis generoſiſ
ſimisq́; Germaniæ Principibus alicui
tuendum dedi, atq; ideo cùm iam mihi
diu ſatis preſſum videretur, quod de Te-
ſtatorum præceptis, Bona extra fami-
liam alienari ad nobilitatem conſeruan-
dam inhibentibus, meditatus ſum, licet
materia non ſit ſacra vel Theologica,
veſtra tamen Celſ. de Patrono cogitan
ti, in mentem venit. Cur autem nō pri-
us aliquo literario munere docuerim,
ampliſſ. Cardinalis, accepti beneficij à
C. T. me non eſſe immemorem, eò nō
fuit, quòd ipſum vel parui pendam, vel
etiam obliuione ex animo meo deletū
fuerit vnquam, ſed quia non iudicaui
quaſuis profanas, id eſt, non theologicas
materias T. C. cōuenientes eſſe. Teſta-
tur enim florentiſsima T. C. Dilingen-

ſis Academia, quo loco V^{a} C^{ni} ſint ea quæ ad ſanctarum literarum ſtudia parũ aut nihil conducunt: quandoquidem illam V.C. ſic inſtituit, vt præter literas quas populariter bonas dicimus, & philoſophiam, ſola Theologia (quam Catholicæ religionis conſeruatricem lubenter appellare ſoleo) maximo cum reipub. Chriſtianæ fructu doceatur. Intelligis ſcilicet, omnem ad hoc nobis à Deo rationem & intelligendi vim eſſe donatam, vt in ſe perquirendo & cognoſcendo, omnem operam, cogitationem atq; ſtudium poneremus, vt cognitum tandem inuocando piè coleremus, idq; non alia ratione fieri poſſe commodius, quàm ſanctarum ſcripturarum ſtudio, quandoquidẽ nihil illæ ſunt aliud, quàm ſancti Spiritus amœniſsima flumina, & vberrimi fontes cognitionis Diuinę maieſta-

ieſtatis. Atq; ô vtinam omnibus Germaniæ Epiſcopis ſemper idē fuiſſet animus & inſtitutū, eadem in quærendis amiſsis ouibus diligētia, eadē ſedulitas in abactis reducendis, eadē ſollicitudo in cōfractis membris reuinciēdis, idem labor in corroborandis infirmis, eademq́; ſeueritas in cohibendis ijs, & exterminandis quæ pinguiores factæ, valentes & robuſtæ, nihil aliud quàm imbecillem pecudem opprimere nitebātur, ſi deniq; ea ratione ac iudicio gregem ſibi cōmiſſum pauiſſent oēs, quomodo tu facis, ampliſſ. Præſul, non tot profectò in ſtudijs ſuis abominabiles facti,, poſuiſſent ſigna ſua tanquam monumēta victoriæ diſperſi gregis Dñici. Non igitur immeritò piæ memoriæ D. Carolus quintus, Apoſtolicæ religionis propugnator conſtans & indefeſſus, cui per ſingularem prudentiam,

dentiā,domi militiæq; ſemper plurimū cōmodauiſti,plurimi quoq; te fecit: meritò Paulo tertio Farneſio,& quarto pōtificibus ſūmè charus fuiſti, meritò etiā qui nūc Chriſti vices gerit,Pius quintus ſūma te beneuolentia proſequitur. Et cū perpendo, quibus virtutibus quemlibet optimorū in tui amorē pertrahis,deſino mirari,quid ſit,cur magnū iudicent tuæ C. nō diſplicuiſſe, neſcio enim quis non exoſcularetur ſūmam illam erga pupillos & pauperes benignitatē,quis immēſam erga viros doctos liberalitatem nō admiraretur, vel quis ingentē pecuniæ vim,quam cōſeruandæ Catholicæ religionis cauſa,ſuſcitandorumq; ingeniorū gratia lubentiſsimè cōtemnis,nō obſtupeſceret? Ego certè animi veſtri gratitudinem prædicare cogor, quā vel ex eo manifeſtā facis, quòd noſtræ regio-

nis homines tãto fauore proſequeris, vt etiã aulæ veſtræ quàm lubentiſsimè adhibeas, quaſi gratias referens pro exhibitis olim in Italia T. C. honoribus, cùm poſt nobiliſſ. Galliæ & Germaniæ gymnaſia frequentata, ibi quoq; augendæ adhuc eruditionis cauſa verſareris adoleſcens, & poſtea cũ maioribus (quãuis nec hoc paruũ ſit, quòd iuuenis propter ſingulares ingenij dotes in Academiæ celeberrimæ Rectorẽ electus fuiſti) dignus exiſteres. Neq; mihi, illuſtriſsime Princeps, parua ſpes affulſit, quin ob huiuſcemodi virtutes, quibus nõ ſolũ inter tuos ſplendes, ſed toto penè terrarũ orbe clariſſ. es, ad maiores dignitates aliquãdo ſit Italia prouectura. Quod ſi cõtingeret, tantũ tibi Italorũ fauorem per heroicas animi tui virtutes cõſiliauiſti, vt non minores Itali noſtri, q; Germani

B Deo

Deo gratias acturi ſint: adeò enim ſpe-
ctata iã eſt erga doctos & ſtudioſos homines beneuolentia veſtra, vt de Mecænatis temporibus redituris, non amplius ſpes eſſet dubia. Vnde nunc etiam ego ſpero, C. V. non grauatè huius mei laboris tutelam eſſe adminiſtraturam, quem licet nihil ad Theologiam, partim tamen propterea veſtræ C. credere viſum eſt, quia ipſe ex tam nobili familia deſcendiſti, ex qua S. R. Imperij proceres diſcernuntur: tum quoq;, quia Conradus poſtremus Sueuorum Dux, cùm gentis ſuæ inſignia, veſtræ familiæ donaret, antequam de vita exiret, nihil aliud iudicaſſe videtur, quàm dignitatem nobilitatis, quam ipſe per naturam vlterius propagare non poterat, optimè per familiam veſtram defendi poſſe.

Vale.

M. VITI IACOBÆI NORI-BERGENSIS, POETÆ LAVREATI CÆSAREI, AC CELEBERRIMÆ INGOLſtadienſis Academiæ Profeſſoris ordinarij

Carmen

AD NOBILITATEM.

ACcipe Nobilitas, quæ ſint præcepta parentum,
Teſtari quoties fata ſuprema iubent.
Hinc etenim diſces, mortis quando ingruet horror,
Succurras rebus qua ratione tuis.
Non diuturna tuæ florebunt nomina ſtirpis,
Præripiat patrias ſi peregrinus opes
Maiorum uileſcit honos, & parta peribit
Gratia, ſi uiuas pauperiore ſtatu.
Nam quid Nobilitas, ſine rerum diuite cenſu,
Virtutis peperit quem generoſus amor.
Hæc tibi Romulei cura indefeſſa laborq́;
Congeßit, grates cui reuerenter agas.
Qui dum legales uigilantius excolit artes,
Dumq́; iuuentuti conſuluiſſe ſtudet
Iuridicos inter proceres & lumina ſplendet,
Inter ut ætherei ſydera Luna poli.
Præceptoris iter DECII *legale ſequutus,*
ROMVLEVS *noſtræ eſt gloria prima ſcholæ.*

 Hic

Hic ubi Boiorum Princeps diſpenſat honores,
Et placido BALDI *caſtra fauore iuuat.*
Me niſi mens fallat, ter ſenos ille per annos
Tradidit eloquio Iura uerenda ſuo.
Ore grauis, grauiorq́ſtylo, dum publica tentat
Commoda tot ſcriptis reddere plana ſuis.
Hunc agnoſce tuum MEDicum dux inclite alumnū,
Maior ab hoc ſurget fama cliente tuo.

M. SIMONIS SHVARTS MOnacenſis, Carmen ad Lectorem candidum:

SCire cupis liber hic quid tractet candide Lector,
Hæc pauca tantùm perlegas.
Hic teſtatorum tractantur uota ſuprema
Valent apud quæ poſteros.
Quîs alienari prohibent ſua cuncta relicta
Extra ſuam familiam.
Scilicet ut poßit durare in ſecula longa
Nomen decusq́ ſtemmatis.
Nobilitatis enim uileſcit ſplendor egenam
Si dura paupertas premat.
Continet ergo liber ſcitu dignißima præſens,
Frequentia inter nobiles.

No-

Nobilitatis honos quo pacto creſcere poßit,
Nomenq́ reddi clarius.
Hæc teſtatores debent præcepta tenere
Suis fauent qui poſteris.
Hæc prius incerta methodo confuſa iacebant
Tractata nulloq́ ordine.
Aſt nunc ROMVLEI *ſummo digeſta labore*
Traduntur hoc compendio.
Poßit ut hæc quiuis facili ratione tenere,
Nec lector hæreat diu.
Obſcuras etiam leges hic explicat autor,
Obiecta ſoluens plurima.
Suſcipias hilari quapropter candide Lector
Hæc mente commentaria.
Inuenies hic quæ te cognouiſſe iuuabit,
Fies & inde doctior.
Dic etiam grates autori fauſta precando
Pro tot ſuis uigilijs.
Scribendo ut poßit ſimul & prodeſſe docendo,
Sic uiue fœlix & uale.

CASPAR RVDOLPHVS SILEſius, ad Lectorem.

CVi Florentia patria eſt Hetruſca
Antiquumq́ genus, lareſq́ quodam

Fortè à Romuleo decemuirorum
Romano à Tyberi, profecti ad aruum,
Vnde eſt ROMVLEVM *celebre nomen,*
Et ſolers Decius fuit magiſter.
Hæc præclara operum dedit ſuorum
In uulgus monumenta, non ut auram
Captaret popularem, inane murmur,
Aut chartam illiniret, deinde in uſum
Mercatorum habilem, & leues cucullos.
Verum hinc ingenium probari & artem,
Synceroſq; ſuos cupit labores,
Quos exhauſit in inclyto hoc libello,
Botorum cupidam docens iuuentam,
Doctrinamq; profeſſus Vlpiani.
Tu doctiſsime Lector hoc fauore
Syncero, ingenium uiri faceti,
Subtilemq; ſagacitatem honore
Condigno afficies, pioſq; dices
Conatus. Petit hoc ſibi ſupremum
Tota Bartholomæus à corona,
Dum prælo meliora adhuc parantur.

SVM-

SVMMARIA.

1 *Familiæ dignitas deficientibus opibus facile conſeruari non poteſt.*

2 *Cauſæ expreßio in præcepto de non alienandis bonis quomodo intelligatur.*

3 *Summarium Barth. & Doct. ad §. noſtrum poſitum, vti obſcurum ac defectiuum reijcitur, ac aliud per authorem ponitur.*

4 *Argumentum ab authoritate ſumptum validum eſt, quod nõ ſolum procedit in eo, qui habet poteſtatem legis condendæ, verùm etiam ſi quis fuerit ſingularis doctrinæ.*

5 *Præceptum teſtatoris de non alienandis bonis, nulla cauſa adiecta, eſt nullum, non ſolùm ab initio, ſed etiam ex poſt facto non conualidatur.*

6 *Ratio deciſionis ad text. noſtrũ à Dd. aßignata, ab authore reijcitur, tandemq; geminata ponitur. nu. 7.*

8 *Pater poteſt in teſtamento ſuo prohibere filium bona relata ſibi pro legitima ſua vſque ad certũ tempus alienare.*

9 *Cauſa prohibitionis de non alienandis bonis etiam tacitè ſubintellecta, reddit diſpoſitionem teſtatoris validam.*

10 *Tex. in l. pater filium, §. Iulianus, de leg. 3. ab Alciato perperam intellectus, per authorem declaratur*

11 *In prohibitione alienationis rerum animatarum nõ requiritur cauſæ expreßio.*

12 *Prohibitio alienationis vaſallorum tenet abſque cauſæ expreßione, & quare quomodoq; procedat. nu. 13. 14.*

15 *Prohibitio de non alienandis bonis facta prodigo vel ſimili, abſq; expreßione cauſæ, valida eſt, & cauſa tacitè ſubintelligitur.*

16 *Mandatum de non alienandis bonis, cauſa non adiecta, nullius momenti eſt ſi diſpoſitiuè fit, ſecus ſi conditionaliter.*

17 *Item ſi plures perſonæ alienare prohiberentur.*

18 *Declaratio gl. in l. codicillis, §. inſtituto, de leg. 2.*

19 *Noua declaratio authoris ad iſtam Reg. præceptum teſtatoris de non alienandis bonis cum cauſa valere.*

20 *Tex. §. noſtri procedit quando res aliqua prohibetur alienari iure communi, tamen in nonnullis caſibus ſpecialibus permiſſa eſt alienatio : in qua quæſtione author contrarium probat pluribus rationibus. nu. 21.*

22 *Qualitas adiecta diſpoſitioni, quæ*

quæ non conſideratur in caſu de quo agitur, non auget effectum diſpoſitionis.

23 Verus intellectus ad §. ſanctiſſimas, in auth. de aliena. & emphiteo. ab authore traditur: quem tamen de iure Cano. non procedere dicit. nu. 24

25 Si prohibitio alienationis reſpicit ſolummodo fauorem proprohibiti, tunc tempore neceſſitatis poteſt concedi alienatio.

26 Bona relicta Eccleſiæ dicuntur data Deo, quantum ad dominium & poſſeſſionem.

27 Prohibitio alienationis à principe facta non indiget cauſæ expreſſione.

28 In principis conceſſione ſemper præſumitur cauſa, quod dictum author declarat. nu. 29.

30 An cauſæ expreſſio verbis expreſſis uel æquipollẽtibus fiat, idem eſt.

31 Quæ requirantur ad conualidandum teſtatoris præceptum de non alienandis bonis.

32 Expreſſio cauſæ dupliciter intelligitur, quod multis exemplis declaratur.

33 Ex prohibitione de non alienandis bonis abſque cauſæ expreſſione, nec naturalis nec ciuilis obligatio oritur.

34 Si perſona, cuius intuitu prohibitio emanauit, nominatur, valida eſt illa prohibitio.

35 Si in feudi cõceſſione dicitur, Tibi & hæredibus tuis, intelligitur de maſculis: ſi verò additum fuerit, Quibuſcunq;, continentur etiam extranei.

37 Differentia eſt inter iſta nomina, Liberi & Poſteri.

38 Deſcendentes ex linea fœminina appellatione poſterorum nõ cõprehenduntur in materia ſtricta et odioſa: niſi dictum fuerit, Poſteris quibuſcunque: vel niſi materia eſſet fauorabilis, & nulli præiudicialis: vel niſi mulier prohibens alienari accepiſſet bona in feudum. & nu. 41. 42. 43.

39 Fœminæ licet dicantur agnatæ, tamen deſcendentes ex eis non ſunt de agnatione. & nu. 102

40 Appellatione filiorum nõ veniunt nepotes in materia ſtricta & odioſa.

44 Omne ſimile appetit ſuum ſimile.

45 Subſtitutio facta filiæ à matre, hoc modo, Si ſine liberis, intelligitur, ſiue maſculi, ſiue fœminæ ſint.

46 Bona alienari prohibita non cenſentur alienari non poſſe in præiudicium creditorum ipſius teſtatoris. Amplia vt nu. 47

48 An filius dicatur creditor in legitima, author diſputat & declarat.

49 An

49 *An Principes poſſint, viuente adhuc patre, confiſcare legitimam filij pro delicto ipſius.*

50 *In vltimis voluntatibus teſtatoris voluntas prædominatur.*

51 *Creditor propriè quis dicatur.*

52 *Noua reconciliatio §. noſtri & l. creditores, de verb. ſig.*

53 *Prohibitio de non alienandis bonis procedit ſi cauſa eſt voluntaria, ſecus ſi neceſſaria.*

54 *Creditores & fiſcum in caſu § noſtri non differre author oſtendit.*

55 *Prohibita alienari propter delictum publicari poſſe, contra Alciat. aſſerit author.*

56 *Prohibitus alienare bona extra familiam, ſi illos qui ſunt de familia interpellaſſet, num velint emere, & hi recuſarent, an poſſit extraneo poſtmodum vendere. Quam quæſtionem latè diſputat author, & tandem plures concluſiones ponit. nu. 57. 58.*

59 *Formæ nil addi vel detrahi poteſt.*

60 *Prohibitio de non alienandis bonis abſque cauſa non valet, quoad prohibitum, tamen quoad perſonas, vt tutores, adminiſtratores, &c. operabitur.*

61 *Vaſallus faciens pactum de non alienando, non poteſt alienare etiam in caſibus à lege permiſſis.*

62 *Si Princeps, Comes vel Baro vetat vaſallos alienari, valet illud præceptum abſque cauſæ expreſſone, quia præſumitur facere cauſa affectionis: intellige tamen vt nu. 63.*

64 *Licitum & meritorium eſſe interficere dominũ ſuum, quando iniuſtè tractat vaſallos, ſcriptum reliquit D. Thomas de Aquino: ſed Concilium Conſtantienſe contrarium pronuntiabat.*

65 *An bona prohibita alienari, propter debitum vel delictum fiſco applicari poſſint: in qua quæſtione Ruy. et Fabius Narnien. authoris prædeceſſor in veſpertinis lectionibus non poſſe applicari argumentantur: author tandem in hac difficultate plures caſus diſtinguit. nu. 66. & 67.*

68 *Alienationis prohibitio vnde proueniat.*

69 *Appellatione alienatiõis quid veniat.*

70 *Prohibitus alienare cenſetur prohibitus omnes alios actus facere, per quos deuenitur ad dominij tranſlationem. fallit vt nu. 73.*

71 *Prohibitus alienare non poteſt*

teſt compromittere ſeu tranſigere: & quare. nu. 72.

74 *Qui dat vel donat ex cauſa remunerationis, non videtur merè & propriè donare.*

75 *Quis dicatur propriè donare.*

76 *Benefacienti benefacere debemus.*

77 *An prohibita alienatione cenſeatur quoq; vetita locutio: in qua quæſtione author diſtinguit nu. 78.*

79 *Decennium reputatur longum tempus: quod an verum ſit, habetur nu. 81. 82.*

80 *Excellenti doctori atteſtanti de conſuetudine ſtandum eſt.*

83 *Dictio, perpetuum, multis modis verificatur.*

84 *Locatio ſui natura non immutat nec transfert dominium.*

85 *An prohibitus alienare poſſit dare in feudum rem quæ antea fuerat dari ſolita. nu. 86.*

87 *Res ſemel facta alienabilis, ſemper remanet alienabilis.*

88 *An prohibitus alienare poſſit monaſterium ingredi.*

89 *Si teſtator filiæ ſuæ relinquit mille ſi nubat, vel ducentos ſi monaſterium ingrediatur, quodnam legatum conſequi poſſit, ſi fiat monialis.*

90 *An prohibitus alienare poſſit teſtamentum condere, in eoq; hæredē inſtituere, ad vtramq; partem diſputat author: tandem more ſuo plures diſtinctiones refert, & contra Dd. communem opin. probat prohibitum alienare non poſſe teſtari. nu. 92. 93.*

91 *Facultas teſtandi debet eſſe libera.*

94 *Voluntatem teſtatoris ſequi debemus, ſicut canes leporem.*

95 *Prohibitio facta reſpectu ſingularum perſonarum excludit omnes hæredes.*

96 *Prohibitio generalis idem operatur quod ſpecialis.*

97 *Quod ſit per teſtamentum expreſſam alienationis ſpeciem habet.*

98 *Quamdiu locum habet cauſa teſtati, & ſic fideicommiſſi, ceſſat cauſa inteſtati.*

99 *Teſtandi libertas an & quomodo poſſit adimi.*

100 *Prima charitas incipit à ſemetipſa. nu. 111.*

101 *Appellatione familiæ quid contineatur.*

103 *Fœminæ illuſtres in aliquibus locis prius denominant ſe de familia patris, quàm mariti.*

104 *An & quo ordine agnati ſuccedere debeant, ſi contrauentum fuerit teſtatoris prohibitioni, quærit author: tandem omnes agnatos ad ſucceſſionem admitti (nulla gra-*

duum

duum ratione habita) oſtendit. nu. 106.

105 *In feudo ſi admittuntur agnati, proximiores vocãtur.*

107 *Si teſtator dixit, Relinquo Titio fratri meo, & meis de familia fundum, quem prohibeo alienari extra familiam, ſi contrauentum fuerit huic præcepto, quis primò admitti debeat, an expreſsè nominatus, an omnes de familia, author diſputat. Et tandem primò nominatum admittendum eſſe affirmat. nu. 109.*

108 *Copula, &, ſui natura ſolet æqualitatem inducere.*

110 *Si quis accipit feudum pro ſe & alijs de familia, præferendus eſt alijs ille, qui primò accepit.*

112 *Differentiam eſſe, an aliqui vocentur ſpecialiter, vel ſub nomine collectiuo.*

113 *An fœminæ admittantur ad bona prohibita alienari, & alijs poſtea poſſint relinquere. Quo caſu dubius eſt author. nu. 114.*

115 *An bona prohibita alienari, in aliquibus caſibus ſpecialibus poſſint alienari.*

116 *Dotis cauſa bona prohibita alienari diſtrahi poſſe, Dd. communiter volunt, vt author indicat. Quæ ſententia nouis rationibus confirmatur, Iaſoniſq; argumentis cõtrarium ſentientis reſpondet author, communemq; ſententiam defendit. nu. 117. & 118. limitatur tamen. nu. 120. 121. 125.*

119 *Ratio generalis extendit & non reſtringit dictum.*

122 *Vbi eſt eadem ratio, ibi debet eſſe eadẽ iuris diſpoſitio.*

123 *Argumentum de contractibus ad vltimas voluntates valet. nu. 184.*

124 *Lex generaliter loquens non comprehendit cauſam dotis.*

126 *Vbi eſt ratio generalis, debet eſſe generalis diſpoſitio.*

127 *An bona feudalia propter dotem poſſint alienari ſine conſenſu domini directi. In qua quæſtione diſtinguit.* 128

129 *Dos non dicitur pia cauſa, niſi ſit relicta animæ intuitu.*

130 *Conſiliũ vt fœminæ bona feudalia in dotem dare poſſint.*

131 *An propter cauſam alimentorum liceat bona reſtitutioni ſubiecta alienare.*

132 *Argumentum de dote ad alimenta procedit, ſed non econtrà.*

133 *Plura conceſſa eſſe contra iuris regulas, ne quis fame pereat.*

134 *Fauor publicus non ſolùm verſatur in hoc, vt ciuitas liberis hominibus repleatur, verùm etiam vt illi conſeruentur.*

135 *An propter cauſam ſtudiorum bona reſtitutioni ſubiecta poßint alienari.*

136 *Cauſa dotis & ſtudiorum æquiparantur.*

137 *Plura ſpecialia fauore ſtudiorum introducta.*

138 *Abſque doctis viris mundus regi non poteſt.*

139 *An propter æs alienum vendi poßint bona prohibita alienari.*

140 *Pro captiuorum liberatione bona talia diſtrahi poſſunt.*

141 *An propter neceßitatē vel valetudinem curandam liceat bona huiuſmodi alienare, nouiter quærit author, & dicit quòd ſic.*

142 *Maritus priuatur omni lucro dotis, ex diſpoſitione legis, iuris municipalis vel pacti de dote lucranda.*

143 *Vbicunq; fauor publicus vel cauſa neceſſaria licitum eſt alienare bona per teſtatorem probibita alienari.*

144 *Conſilium vt bona reſtitutions ſubiecta non poßint alienari etiam in caſibus à lege permißis.*

145 *Probibitio alienationis eſt duplex.*

146 *Prohibitus alienare bona extra familiam, an poßit vni ex familia, & ille deinde extraneo vendere, quærit author: & dicit quod ſic. nu. 147.*

148 *Declarationes ſeu limitationes aliquot ad §. Quindecim; in l. pater, de leg. 3. nu. 152. & 153.*

149. *Conſilium Barth. traditum ad l. pater, §. quindecim, à Dd. non recipitur, damnari tamen, ſi bene conſideretur, non poſſe oſtendit author.*

150 *Res Eccleſiaſtica facta ſemel emphiteutica, poteſt ſemper in emphiteoſim concedi.*

151. *Res feudalis facta ſemel alienabilis cum conſenſu domini directi, poteſt rurſus alienari abſque illius conſenſu.*

154 *Probibitio alienationis facta vſque ad trigeſimum annum, quia velit illa bona manere ſemper in familia, durat perpetuò.*

155 *Illud quod venit iure augmenti, cenſetur venire eodem iure, quo res cui fit augmentum.*

156 *Si teſtator prohibet filios bona illis à ſe relicta alienare, tunc*

tiam appellatione filiorum nõ veniunt nepotes, ſecundùm Dd. communem ſententiam. Contrarium tamen diſputando aliquem obtinere poſſe dicit author: reſpondetq́; ad argumenta in contrarium adducta. nu. 158. & 160.

157 Prohibitio alienationis eſt odioſa. nu. 165.

159 Quod principaliter venit, conſiderandum eſt.

161 Regula, Quod appellatione filiorũ prohibitorum non includantur nepotes, limitatur aliquot modis. nu. 162. & 163.

164 Si teſtator vetat ſub nomine appellatiuo hæredes alienare bona extra familiam, an dicta inhibitio extendatur ad hæredem hæredis. Quam quæſtionem nonis diſtinctionibus declarat. nu. 167.

166 Diſpoſitio hominis debet intelligi de prima perſona, & non de ſecunda.

168 Hæres hæredis eſt teſtatoris hæres.

169 Dictio, Continetur, ſignificat proprietatem.

170 Lex debet intelligi ſecundũ titulum ſub quo ſita eſt.

171 Conditio debet impleri in forma ſpecifica.

172 Prohibitio de bonis non alienandis facta per teſtatorem quàmdiu durare debeat. nu. 174.

173 Verba quæ expreſsè infinitatem notant non ſunt reſtringenda.

175 Conſilium traditur à Iacob. de Bello. vt hæredes nunquã poſsint bona extra familiam alienare: quod tamen ab authore reprobatur. nu. 177

176 Actus geminatus magis operatur quàm ſimplex.

178 Dictio, Perpetuò, in iure multis modis accipitur.

179 Legatum annuum relictum Eccleſiæ ſpatio centum annorum extinguitur. Ideo Alex. dat conſilium, vt addantur iſta verba, Perpetuò, & infinitum: quod author poſt Crot. reprobat. nu. 180. & 181.

182 Teſtator non poteſt diſponere contra legis diſpoſitionem.

183 An dominium transferatur in emptorem, ſi prohibiti in teſtamento alienare vendant bona prohibita.

185 An prohibiti alienare per contractum, poſsint dominiũ in emptorem transferre. In qua quæſtione ponitur regula quòd poſsint, vt nu. 186.

quæ Regula limitatur ali-
quot modis, vt habetur nu. 187.188.190.191.192 193.
189 Singularis ſucceſſor non tenetur ſtare colono, niſi conductor aliter cum domino locante conuenerit.
194 An ſtatutum valeat, vt bona immobilia non poßint vendi peregrinis. In qua quæſtione varias Doctorum opiniones recenſet author, tandemq́ quid ipſe ſentiat aperit.nu.196.
195 Emere & vendere de iure communi quilibet poteſt.
197 Ratio licet non exprimatur in ſtatuto, ſi tamen alia reddi non poteſt, habetur pro expreſſa.
198 Si verſatur fauor publicus, ceſſant priuilegia eccleſiarum.
199 Bona à teſtatore prohibita alienari, ſi nihilominus venduntur, præſcribi poſſe, Bart. poſt Guil. à Cun. exiſtimat: author verò contra illos inſurgit, tandemq́ diſtinguendo reconciliat. nu. 200. & 201.
202 Hæres tenetur approbare factum defuncti.
203 Alienatio facta conſentientibus illis, quorum intuitu teſtator prohibuit bona alienari, valet: etiamſi tacitè conſentiant, vel præſentes alienationi non contradicant. nu.204.& 205.
206 Conſilium traditur, vt ille qui alienat bona prohibita alienari, det fideiuſſorem, cùm ad quem bona iure fideicommiſsi in euentum contrauentionis venirent.
207 Si prohibitus alienare, vnā rem vel partem eius alienat, an debeat bonis omnibus vel ſaltem pro parte alienata priuari, in vtramq́ partem diſputat author: tandemq́ Ang. opinionem amplectitur.nu.209.
208 Rei appellatione in materia odioſa pars non continetur.
210 Pœna in facto indiuiduo committitur in totum, ſi pro parte fiat.
211 Conditio inducit formam, quæ licet parui momenti ſit, tamen inſpicitur.
212 An prohibitus teſtari cenſeatur quoq́ prohibitus codicillari, in vtramq́ partem diſputat, Angeliq́ opinionem tandem ſequitur.
213 Argumentum de minori ad maius valet: ſed non è contra.

215 Quan-

215 *Quando ſumus in cauſa o-dioſa, fieri debet extenſio de vno caſu ad alium, ne voluntas teſtatoris eluſoria fiat.*

216 *Caſus æquiparati per viam legis antiquæ extenſiones patiuntur.*

217 *Si prohibitus alienare vendit cum pacto legis commiſſoriæ, & contractus fuerit reſolutus, alienantem incidere in pœnam recentiores Hiſpani dicunt: contrarium tamen tenet author. num. 218.*

219 *Vaſallus cadit à feudo, ſi ſine conſenſu domini directi vendit, licet redimat iterum.*

220 *Actus in forma conſiſtens nullo modo immutari poteſt, cùm formæ nihil addi vel detrahi poſſit.*

221 *Si prohibitus alienare bona extra familiam, iuſta cauſa motus, vnum ex filijs ſuis exhæredaret, alterum in aſſe inſtitueret, an talis exhæredatio valeat.*

222 *Conſilia vel cautelæ, vt prohibitiones teſtatorum de bonis non alienandis tollantur.*

223 *Prima cautela & permittat aliquem contra ſe agere, & ſuccumbat.*

224 *Sententia lata contra prohibitum alienare, non nocet fideicommiſſarijs, niſi ſint citati.*

225 *Non eſſe citandos eos, qui in conſequentiam lædi poſſunt, Bar. ſibi contrarius ſentit, à qua contrarietate author eum defendit.*

226 *Secunda cautela, vt prohibitus alienare vendat vni ex familia, qui poteſt extraneo vendere.*

227 *Quæſtio noua, & quæ facilè temporibus noſtris contingere poteſt, Vtrum princeps poſſit teſtatoris voluntati derogare, vt non obſtantibus eorum præceptis de bonis non alienandis extra familiam bona alienari poſſint.*

228 *Princeps maiorem poteſtatem habet in his quæ ſunt iuris poſitiui, quàm iuris naturalis vel gentium.*

229 *Principem poſſe prohibere, ne teſtamentum ab aliquo conditum reuocetur, Archid. vult: quod tamen ab authore reprobatur. nu. 242.*

230 *Ratio quare voluntas teſtatoris non ita firma habeatur, ſicut contractus.*

231 *Pa-*

231 *Paria ſunt, diſponere in tempore inhabili, vel in tempore habili, & conferre in tempus inhabile.*

232 *Iudex poteſt teſtatoris voluntatem immutare, multo magis Princeps.*

233 *Lex ſemper prouidet, ne quid fiat in præiudicium creditorum.*

234 *Ius proueniens ex iuris ciuilis diſpoſitione, non adeò firmum eſt, ſicut ius proueniens ex iuris naturalis vel gentium fontibus.*

235 *Principes non poſſe teſtatorum voluntates infringere & reuocare author ſentit.*

236 *Princeps non poteſt iuri alijs quæſito derogare.*

237 *Statutum vel conſuetudo non valet, ſi aufert alicui teſtandi facultatem.*

238 *Hæredes tenentur ad legatorum ſeu fideicommiſſorum præſtationem in foro poli, licet omiſſa fuerint ſolemnia.*

239 *Bona prohibita alienari fiſco non applicantur propter prohibiti delictum: quod apud Italos communiter obſeruatur. nu. 240*

241 *Teſtamenti diſpoſitio quoad formam & ſolemnia eſt iuris poſitiui, quoad ſubſtantiam, eſt iuris naturalis & gentium.*

243 *Princeps poteſt ratione publicæ vtilitatis derogare his, quæ iure naturali vel gentium conſtituta ſunt.*

244 *In crimine læſæ maieſtatis publica vtilitas verſatur.*

245 *Mandatarius ex probabili mandantis mente fines mandati egredi poteſt.*

246 *Semper præfertur id quod ratione naturali prouenit, quàm id, quod per accidens.*

247 *Præſentis quæſtionis diſtinctio per authorẽ omnia prædicta reſpiciens.*

248 *Magiſtratus ſemper proſpicere debent, ne ſcandala & tumultus exoriantur.*

MAR-

MARTIANVS.

Diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt, eos qui teſtamento vetant quid alienari : nec cauſam exprimũt, propter quam id fieri velint, niſi inueniatur perſona, cuius reſpectu hoc à teſtatore diſpoſitum ſit : nullius eſſe momenti ſcripturam, quaſi nudum præceptum reliquerint : quia talem legem teſtamento non poſsint dicere. Quod ſi liberis, aut poſteris, aut libertis, aut hæredibus, aut alijs quibuſdam perſonis conſulẽtes, eiuſmodi voluntatem ſignificarent, ſeruandam eam eſſe, ſed hæc neq; creditoribus, neq; fiſco fraudi eſſe, nam ſi hęredes propter creditores teſtatoris bona venierint, fortunã cõmunem fideicommiſſarij quoq; ſequuntur.

ISTE §. inter quatuor celebres §§. enumeratus, ſubtilem & quotidianam materiam continet, circa teſtatorum præcepta de bonis non alienãdis extra familiam & agnationem, ea potiſsimum ratione, vt familiæ dignitas ſeruetur, cuius honor & dignitas, deficientibus opibus & diuitijs, ſecundum nonnullos perditur, vt voluit Bartol. in l. 1. in fi. & ibi quoque Ioh. de Plat. C. de dignita. lib. 12. Socin. in conſil. 246. Eleganter & ſubtiliter. col. 2. verſ. prima ratio. lib. 1. Matth. de Afflict. in Conſtitut. Siciliæ, incip. Intentionis. col. 9. in 6. not. Quibus illud Menãdri concinit, Paupertas etiã nobilem, vilem facit: illaq; Euripidis ſententia idem atteſtatur. Scis'ne quod nobiles quidem mortaliũ dum pauperes ſunt, non amplius clari exiſtunt, & quod Imp. in l. 2. C. Quando & quib. quar. &c. lib. 10. appellat paupertatis vilitatem, veluti paupertas ipſa vilis ſit & ignobilis, nam vilitas & ignobilitas idem eſt. Quibus aſtipulatur dictũ Poëtæ, li. 6. Aeneid. dum dicit: Et metus & male ſuada fames & turpis ægeſtas. Iſtud dictum tamen mihi nunquã placuit, propter paupertatem enim non perditur nobilitas, ſed vileſcit quodãmo-

do,

do, vt dicit Iuuenalis: Haud facilè emergunt, quorũ virtutibus obſtat Res anguſta domi: & vt à Plauto ſcriptum eſt: Præſtat diuitẽ eſſe & popularem, quàm nobilem & mendicum, atq́; vt ſcribit Horat. lib. 2. ſermo. Saty. 2. Et genus & virtus niſi cum re vilior alga eſt. idem atteſtatur apud Euripidẽ Polixenes: Pauper enim nihil eſt nobilis vir. idem in alio loco ait: Nihil generis nobilitas ad diuitias. Seneca in li. de remed. fortuito, ad Galionem inquit: Inuenies bonam vxorẽ, ſi nihil quęris niſi bonam, dummodo ne imagines proauosq́; reſpexeris, ne patrimoniũ, cui iam ipſa nobilitas ceſsit. Et ne omittamus noſtrates, eiuſdẽ ſententiæ eſt Bald. conſ. 67. quod reperitur inter Ang. fratris ſui conſilia, & incipit: Martinus de Florentia, qui adducit tex. in §. ſancimus. in auth. de teſtib. qui text. parum probare videtur. licet enim loquatur de diuitijs, non tamen eo modo, prout per Baldum adducitur. Huic aſtipulantur Curt. iun. in conſ. 44. col. 4. in fi. & Iacob. de ſanct. Georg. in ſuo tract. feud. char. 29. & Afflict. in conſti. Quamplurimus. col. 2. ver. Quid autẽ ſi dominus, &c. & vt dicit Bo. Curt. in tractat. de nobilita. col. 2. verſ. Tertius & vltimus. Sicut fides ſine operibus mortua eſt, ita & nobilitas ſine diuitijs. Vl-

tra iſtas authoritates habes optimũ tex. vbi caſus in l. 1. §. ſed & ſi ſeruus. verſ. Publicè enim intereſt. de vētr. inſpici. qui tex. loquitur de bonis conſeruandis in familia, capiendo familiam pro agnatione, vt eſt text. in l. pronunciatio. §. communi. de verb. ſigni. Hanc ob cauſam iura municipalia Italica, quæ volunt, vt extantibus maſculis fœminæ non ſuccedant, iudicantur fauorabilia, quia hoc modo familiarum dignitas conſeruatur, vt patet per Dd. in l. 2. C. de in ius voc. & habetur latè per Brun. in ſuo compēdio Statutorum. Cùm ergo materia §. noſtri ſit frequens, & inter illuſtres perſonas plurimũ practicatur, ſumma diligentia attendenda eſt. l. legaui. de lib. leg. l. iuſto. cum ſimil. de vſucap. nec opus eſt eam pluribus verbis cõmendare, cùm res ipſa ex infrà dicendis ſeſe cõmendet, vt vtar verbis Iuriſcon. in l. 1. de reſtitu. in integ.

Pro intellectu. §. noſtri cum tota ſua materia præmittendum eſt, cùm textus noſter loquatur de prohibitione cum cauſa, vel ſine cauſa, quomodo cauſæ expreſsio conſideretur in tex. no-
2. ſtro. † Conſiderari poteſt expreſsio cauſæ dupliciter, Expreſſe & tacite, primo caſu conſideratur expreſsio cauſæ ratione vtilitatis & affectionis, & etiam duntaxat ratione affectionis.

De

De primo caſu exemplum ponitur quando teſtator dicit, Prohibeo hæredes meos, ne huiuſmodi bona alienentur extra familiã, quia volo illa diu remanere in familia noſtra, vt I C. dicit in l. cũ pater. §. libertis. inf. tit. 1. Poteſt quoque conſiderari ratione affectionis dũtaxat, vt: Prohibeo talem rem alienare, quia donata fuit mihi à Cæſare. Secundo caſu conſiderari poteſt tacitè, vt ſi teſtator præcepiſſet hæredibus ſuis ne alienarent talem arcem in finibus locatam, & licet non dicat cauſam, ſubintelligitur tamen illum hoc feciſſe fauore agnationis, vel ſubditorũ, ad hoc eſt opt. gl. vbi Cyn. & Dd. omnes in l. quoties ab omnibus, in verbo, Ab omnibus, circa finem. C. de fideicom.

† Summarium traditur hic ſecundùm Bart. & Dd. quod vti obſcurũ ac defectiuũ non debet recipi, & clarius ſic poni poteſt, vt per Iaſ. & alios hic habetur. Præceptũ de non alienandis bonis abſq; cauſæ expreſsione vel perſonæ intuitu, nudum eſt, nec tenet. Si vero perſonæ intuitu fiat, valebit, dummodo in creditorũ vel fiſci præiudicium non tendat, facti ſpecies ponatur vt voce retuli. 3.

† Primò ex iſto textu colligi poteſt, validum eſſe argumentum ab authoritate ſumptum, vt 4.

apparet in texto noſtro, dum I C. adducit Imp. Seuerum & Antoninum, & hoc nõ ſolùm procedit, quando authoritas eius adducitur, qui habet authoritatem legis condendæ, verumetiam ſi non habuerit, dummodo ſit tantę authoritatis propter eius ſingularem doctrinam, † vt I C. Paulus obſeruauit in l. ſeptimo menſe de ſtat. homin. vbi adducit authoritatem Hyppocratis: Sunt etiam qui habuerunt poteſtatem legis condendæ, & tamen noluerunt vt ſcripta propria haberentur pro legibus, vt contigit in Innocentio Pontifice Maximo, qui fuit maximus Iuriſconſultus, & cuius authoritas maxima eſt. Nam vt inquit Archid. in c. 1. extra de except. fons & via veritatis eſt, & tamen noluit dictus Pontifex vt ſua ſcripta ſeruarẽtur pro legibus, ſed doctiſsimorum virorum iudicio reliquit, & videmus quod rarò contingat vt authoritas ipſius non recipiatur. An & quando autẽ validum ſit argumẽtum ab authoritate remitto me ad Bar. & Dd. in l. 1. Si cer. pe.

5. Secundò colligitur principaliter. † Quod præceptum de non alienandis bonis à teſtatore appoſitum nulla cauſa adiecta, vel nullius perſonæ intuitu, eſt nudum & nullius momenti, & ꝙ hęredes prohibiti hoc modo, non tenẽtur parere

rere teſtatoris voluntati. Vnde dicit tex. in l. pater filium. §. Iulianus Agrippa, in l. Lucius, in principio, inf. tit. 1. tale præceptum non ſolum eſſe nullum ab initio, ſed etiam ex poſtfacto, vt apparet in textu noſtro ibi: Nullius eſſe momẽti. Quæ verba omnino deſignant actus nullitatem, vt Bar. & Doct. dicunt per illum textum in auth. Sacramenta puberũ. C. Si aduer. vendi.
† Quæ autem ſit ratio deciſionis, Doct. dicunt 6.
rationem eſſe, quia nudum præceptum abſque cauſa continet ſolum fauorẽ prohibiti: ideoq́ꝫ fauori ſuo inuito etiam teſtatore renũtiare poſſe per regulam. l. ſi quis in conſcribendo. C. de pact. & ita Com. Iaſ. & alij hic tradunt. Vel ſecundo dicũt præceptum de non alienandis bonis factum abſq́ꝫ cauſæ expreſsione eſt nudum: nam hoc modo prohibẽdo teſtator videtur potius adhortari hæredes ſuos, ne alienent, quàm expreſſe velle prohibere, & ſic potius videtur eſſe conſilium. Sed iuris regula eſt vt nemo cõpellatur ſequi conſilium. l. 2. §. fina. Manda. l. cum patre. §. mando. inf. tit. 1. l. Quintus. §. fina. inf. de annu. leg. & cum hac ratione Dd. pertrãſeunt, vt patet hic per recentiores à monte Ferrato. Luſitanos & alios. Iſta ratio ſic declarata nunquam mihi placuit, nec videtur procedere,

aut

aut conuenire verbis vel menti I C. In primis enim non videtur eſſe verum, quod quando teſtator prohibet hæredes alienare, & non exprimit cauſam, quòd tale præceptum ſapiat conſilium, iuribus ſuprà adductis. immo ſi teſtator hoc modo prohibet in ſpecie hæredes ſuos alienare ex mente teſtatoris conſtat quod noluerit cōſulere, ſed eos potius prohibere: tunc enim videtur conſulere quando dicit: Bonum eſt, vel cautius & conſultius eſt, ne alienetis tales res, vel ſimilibus verbis vtitur, vt apparet in dictis iuribus ſuprà adductis, ex quibus clarè conſtat, quãdo datur conſilium, & quando non. Secundò iſta ratio à Doct. adducta procedere nõ poteſt. Videtur enim eſſe contra textum noſtrum hic, dum appellat prçceptum, & non conſilium. Magna enim differentia eſt inter conſilium & præceptum. Item aduerſatur verbis tex. dum dicit, Scripturam nullius momẽti eſſe, quod ſecus eſſet, ſi denotaſſent conſilium. item probatur dum I C. tradit rationem ibi: Quia talem legem in teſtamento dicere non poſſunt, quæ verba omnino excludunt conſilium. Item iſta à Doct. tradita ratio per tex. in l. generaliter. §. ſi petitum de fideicom. libert. vbi tex. loquitur de fauore prohibiti, quia teſtator conſuluit hçredi,

vt

vt non alienaret ſeruum, & tamen tex. ibi omnino præſupponit prohibitionē à teſtatore factam valere: & cùm vera ratio deciſionis à IC. noſtro tradatur, non opus eſt ad alias tranſire. † Ratio enim eſt, quod quando præceptū emanat à teſtatore, de non alienandis bonis, licet videatur reſpicere prohibiti fauorē, tamen intrinſecè onus & grauamen cōtinet. Nam poſtquam hæres factus eſt dominus rerū hęreditariarum, per aditionem hæreditatis, confuſum eſt patrimonium, & tunc iuri conſonum eſt, vt ille tanquam dominus factus, ſit moderator & arbiter in rebus ſuis, & de illis bonis liberè diſponere poſsit. l. in re mandata. C. mand. etiam ſi quis abuti vellet, l. ſed ſi legc. §. conſuluit de petitio. hæred. facit tex. in l. dudum. C. de cōtrah. empt. eſt optimus tex. in l. non vſq; adeo. infr. Si quis à par. fue. manu. ibi, iniquum eſt, &c. & propterea IC. noſter dicit: Quia talem legem, &c. cùm talis lex iniqua & dura ſit. Sed quando teſtator prohibet alienationes cum cauſa iuſta & rationabili, huiuſmodi præcepta valent, vt videmus in l. cum pater. §. libert. l. peto. §. fratre. §. prædium. infrà tit. 1. cum alijs. Et quod differentia ſit, an iuſta & rationabili cauſa moueatur teſtator, vel iniuſta, confirmatur exemplis 7.

b &au-

& authoritatibus. Videmus enim liberam teſtandi facultatem conceſſam eſſe hominibus. l. 1. C. de SS. Eccl. optimus eſt tex. in l. ex facto, in principio, de vulg. & pup. ibi, Iniquū, &c. Quãobrem teſtator non poteſt aliquam legem imponere in ſuo teſtamento, propter quam impediatur libera facultas teſtandi. l. ſi quis in principio teſtamẽti. in principio, infr. eod. tit. 2. Nec iura municipalia valent, quæ adimunt poteſtatem teſtandi, vt Dd. dicunt in d. l. ex facto. d. l. ſtipulatio hoc modo concepta, de verb. oblig. & ponunt etiam exempli loco, quod mater non poteſt teſtari habens liberos, vſque ad quartam partem bonorum: quia tunc tale ſtatutum valeret, ex quo iuſta & rationabili cauſa ſtatuẽtes mouerentur, & ita inferebant ad ſtatutum Se-
8. nenſe ſic diſponens. † Facit optimum dictum Aret. in conſ. 19. col. 2. vbi vult teſtatorẽ prohibere poſſe, filium ſuum alienare bona relicta pro legitima ſua vſq; ad tẽpus 25. annorũ. Nam licet in bonis relictis pro legitima detrahatur omne onus & grauamen. l. quoniã in prioribus. l. omnimodo, cũ ſimilibus. C. de inoff. teſt. tamẽ iſto caſu nõ dicitur eſſe onus & grauamẽ: immo incõmodum ipſius filij vergit, vt alienare non poſsit antequam deuenerit ad ętatem 25. anno-

rum,

rũ,qua ętate melius conſulere poteſt rebus ſuis.

Iſtud notabile cum pluribus alijs iuribus diſponẽtibus prohibitionem factam de non alienandis bonis abſq; cauſa, non valere, plures limitationes recipit. † Prima eſt: Niſi eſſet tacitè cauſa ſubintellecta. Nam tali caſu perinde eſſet, 9.
ac ſi præceptum de non alienandis bonis eſſet veſtitum cum cauſa, exemplũ ponit Cyn. poſt gl. in l. quoties ab omnibus. C. de fideicommiſ. prout dixi in præludijs, quando teſtator prohiberet alienare arcem, turrim, vel quid ſimile. Nam licet non expreſſa fuerit cauſa, tamen tacitè ſubintelligebatur dictam prohibitionẽ emanaſſe propter agnationis & familiæ tutelam & conſeruationem. Cum hac limitatione Doctores omnes pertranſeunt, ſolus Alciat. hic contrarium attentat & recedit à communi ſententia Doct. in quantum volunt, quòd expreſsio cauſæ validam prohibitionẽ faciat, etiam quod ſit cauſa affectionis duntaxat, veluti ſi teſtator dicat: Prohibeo tales res donatas mihi à Cæſare alienari. Nam dicit ipſe: Immo neceſſe eſt, quòd exprimatur cauſa affectionis & vtilitatis ſimul. Veluti vt in familia mea perpetuò maneant, mouetur ipſe per tex. vbi caſus in l. pater filium. §. Iulianus Agrippa infr. tit. 2. dum tex.

ibi dicit ſecundum ipſum Domũ maiorum,& tamen I C. ibi decidit: Nudum eſſe pręceptum, & prohibitionem non valere, ergo apparet per illum tex. expreſsionem cauſæ affectionis dun-
10. taxat, nõ validam facere prohibitionem. † Parcat mihi Alciat. grauiter hallucinatus eſt, cum tex. ille non ſic legatur, etiam ſi ille in ſuis libris ita habebat, vel forſan ipſe ex ingenio ſuo immutabat, cum cõtrarium habeatur in omnibus Codicibus qui circumferuntur, & ita legitur in Pandectis Florentinis, quæ dicũt non Domum maiorum, ſed domum maiorem, & etiam Accur. grauius errat, dum interpretatur illa verba fratrem aui paterni, &c. attendebat phraſim Italicam maiorẽ domum, id eſt, ſupremum familiæ. Iſte ſenſus non conuenit nec verbis nec menti tex. quia ibi dicitur expreſsè, quod prohibeat reliquias bonorum, prædium ſuburbanum, aut maiorem domum alienari, nec poteſt illud verbum Domum maiorem, ſic declarari, quia ibi liber non poteſt vẽdi, cum homo liber non recipiat ęſtimationem. l. inter ſtipulantem. §. ſacrã, de verb. obl. Sed ſenſus illius legis talis eſt. Teſtator plures ædes habebat in patrimonio. l. ſi domus ſimpliciter, inf. tit. noſtro, & ad tollendam dubitationem, addebant illa verba

ba Domum maiorem, id eſt, pretioſiorem, quo caſu valet legatum, licet in fundo ſecus ſit, relicto in genere, vt in l. cum poſt. §. genere de iur. doti. Ratio diuerſitatis ponitur per Bar. & Dd. in l. ita ſtipulatus, *la grande*, de verb. obl. Confunditur etiam iſta ſentētia Alciati per textum noſtrum & alia iura diſponentia generaliter, vt præceptum teſtatorum de non alienādis bonis cum cauſa valeat, ſecus ſi abſq; cauſa, nec iura diſtinguunt inter cauſam & cauſas, neque faciunt differentiā an ſit cauſa vtilitatis, vel affectionis: probatur etiam ſententia Dd. per gl. in l. codicillis. §. inſtituto. inf. tit. 2. vbi ſola cauſa affectionis erat expreſſa, & tamen I C. ibi dicit valere iſtud præceptum. Vltra exempla gl. & Cyn. in d. l. quoties. poteſt quoq; addi exemplum: Si teſtator ipſemet cōſtruxiſſet aliquā inſulā, & vt vulgo dicitur apud Italos, Palatium, tunc ſi prohiberet dictam inſulam alienari, valeret prohibitio, propter cauſam expreſſam à teſtatore, quia dictam inſulam manibus proprijs & meis laboribus ædificari curaui. Item ſi prohibet teſtator vendi prædia, quia fuerunt maiorum ſuorum, tunc propter talem affectionem valeret prohibitio, prout in ſimili dicitur in l. ſi in emptionem. de minorib. vel ſi excellentiſsi-

 mus

mus Doctor teſtator prohiberet libros ſuos alienari propter affectionem, quia tunc valet dicta prohibitio, ita Bar. & Dd. dicunt in ſimili in l. vnica. C. de ſenten. quæ pro eo quod inter. profe.

11. † Secundò limitatur textus noſter, quãdo per teſtatorem prohibita eſſet alienari res animata, veluti ſeruus. Nam tũc ratione rei animatę ſubintelligeretur cauſa, ita Bar. hîc in tertia oppoſitione, per d.l. generaliter. §. ſi petitum, & tacita cauſa cõſideratur, vt ibi dicitur: Ne forſan duriorem dominum experiatur, ex qua ſolutione
12. pulchra illatio fit † per Bar. & Doct. Quod ſi teſtator prohiberet vaſallos alienari: ſi quos haberet: quod licet cauſa non eſſet expreſſa, nihilominus cẽſeretur appoſita per ſupradictam rationem: Ne vaſalli duriorẽ experirentur dominum. & hoc modo conſideratur quędam teſtatoris affectio erga vaſallos. Confirmatur per Dd. illatio iſta. Nam talis prohibitio teſtatoris conformis eſt legis diſpoſitioni, quę ſtatuit feuda & vaſallos non poſſe alienari per dominum vtilem, abſq; licentia domini directi, c. 1. §. Præterea ducatus, de prohib. feu. alie. Panor. Fely. & alij ita dicũt in c. dilecti, ext. de maio. & obed. & propterea Dd. quoq; inferunt, quod huiuſmodi

modi prohibitio inſeruiret facta per teſtatorem in illis caſibus, in quibus conceſſum eſt vaſallos alienari: Nam tũc denegaretur alienatio ad hoc, vt teſtatoris prohibitio operaretur aliquid, arg. c. ſi Papa, de priui. lib. 6. l. ſi quãdo. C. de inoff. teſt. cum ſimil. ad hoc facit optimus tex. de quo infr. dicam in §. ſanctiſsimas, in Auth. de alie. rei emphi. Hanc tamen illationẽ Bar. Cum. Crot. & recẽtiores Titinenſes vidẽtur tenere nõ procedere ex teſtatoris prohibitione, ſed ex legis diſpoſitione, cùm lex prohibeat, ne vaſalli inuiti alienarẽtur, c. 1. & ibi Aluar. de lege Corradi. Caſt. idẽ dicit in cõſ. 70. col. 4. li. 1. Bald. in pluribus cõſilijs, videlicet 330. li. 2. & conſ. 326. & conſ. 409. li. 5. Alex. in conſ. 25. col. pen. lib. 5. Card. Pariſ. in cõſ. 22. Soz. in conſ. 4. col. 4. li. 3. Curt. iun. in conſ. 174. nu. 33. & † ita vidi plu- 13.
ries reuocatas fuiſſe alienationes dominiorũ reſiſtẽtibus vaſallis. & hoc propter illã rationem, Ne duriorem dominũ experirentur, qui eos excruciaret. † Dicerẽ tamen hanc illationẽ veram 14.
eſſe non ſolùm legis diſpoſitione, ſed etiam ex teſtatoris prohibitione, quando ille teſtator habẽs feuda & dominia eſſet princeps, dux, qui in eius dominio haberet iura principis, vel ex forma inueſtituræ, vel ex conſuetudine, vt dicit

Caſt.

Caſt. de Duce Mediolanenſi in conſ. 228. hoc idẽ aſſerit Decius in conſ. 191. Tale lib. 1. Dd. in c. quæ in eccleſiarum ext. de conſtitu. & videmus tales principes alienare pagos, arces abſq; authoritate ſupremi principis, vt videmus apud vos, non ob aliam rationem forſan, quàm quod in eorum dominio iura principis habent, vt dicit Zaſ. de illis in conſ. 1. col. 2. li. 2. vbi ad hoc plura congerit.

15. ¶ Tertia limitatio eſt ad tex. noſtrum: Si teſtator prohibet prodigum vel hominem minus induſtriũ bona alienare. Nam tunc prohibendo tales perſonas alienare, etiam quod cauſam non exprimat, tamen tacitè ſubintelligitur, ad hoc facit optimus tex. in l. Titio cẽtum, in prin. de condit. & demonſtr. Corroboratur iſta limitatio, quia in dubio verba intelliguntur ſecundum perſonarum qualitatem. l. plenum. §. equitij de vſu & habita. l. & militibus. C. de teſta. milit. Sed in dictis perſonis dilapidationis bonorum ſuſpicio ſubintelligebatur, propter qualitatem perſonarum: ideoq; valere ac tenenere debet dictaprohibitio. Pro hac limitatione etiam hoc facit, quod quando teſtator prohibet ne hæres vendat Titio, quem forſan odit, etiã ſi cauſam non exprimat, inducitur per fidei-

com-

commiſſum, per l. codicillis. §. matre. infr. tit. 1.

Quartò limitatur tex. noſter, † vt procedat 16.
diſpoſitiuè, ſecus ſi conditionaliter, declarando vt dixi, ita Bald. per illum tex. in l. 4. §. fin. ſupr. de condit. inſtit. Alex. hic plurimum dubitat de hac deciſione Baldi. Iaſ. quoq; hic qui ad illum text. reſpōdebat quod ille tex. loquatur in legato rei animatæ: Nā ibi prohibetur alienari ſeruus, ideo talis prohibitio valet abſq; cauſa, per ſupradictā, per text. in d. l. generaliter. §. ſi petitum, tamen Iaſ. videtur magis inclinare pro ſententia Bald. pro qua adducit ſimile. Nam ſicut ſtipulatio nō tenet ſine cauſa. l. 2. §. circa, de dol. mal. except. Doct. in l. à Titio. de verb. obl. tamen ſi fiat incontinēti, ſub conditione valet ſtipulatio, & hoc eſt, quia cōditio habetur pro cauſa d. l. à Titio. Crotus hic diſputādo dicit hanc limitationem non poſſe ſuſtineri, mouetur per l. 3. §. ſi quis ita legauerit, infr. de adi. leg. vbi ſi fuerit res adempta ſub conditione ſi alienauerit, quo caſu ſub contraria conditione cenſetur res legata, præſupponitur ibi, quod ex quo oneratus eſt hæres præſtādo alteri cautionem in caſu quo fit alienatio. propterea cōſulitur indēnitati hæredis remedio cautionis præſtandæ ab ipſo prohibito, Ergo à contrario ſenſu vbi non ver-

 ſaretur

ſaretur intereſſe alterius quàm prohibiti, non eſſet præſtanda cautio, etiam ſi prohibitio facta fuiſſet ſub conditione, & per conſequens vult dicere Crot. prohibitio alienationis ſimpliciter & abſq; cauſa facta, non valet. Vltra Crot. hic facit, Nam ſi prohibitio alienationis ſimplex abſq; cauſa eſt nulla, vt in tex. noſtro & alijs iuribus, minus valere debet prohibitio alienationis, ſub cõditione, ne abſurdũ ſequatur, vt diſpoſitio cõditionalis plus operetur, q̃ ſimplex. Nã diſpoſitio cõditionalis nõ eſt ita potẽs, ſicut ſimplex cõditio, quia nil ponit ineſſe. l. cedere diẽ, cũ vulg. de ver. ſig. Non tamen recedendum eſt ab illa cõmuni ratione per rationẽ ſupradictã.

17. † Quintò limitatur tex. noſter, quãdo duæ vel tres perſonæ in ſpecie prohibitę eſſent alienare. Nam tunc valeret præceptũ de non alienandis bonis, abſq; cauſæ expreſsione, quia inter eos viciſsim inductũ fuiſſet fideicõmiſſum, ita Dd. hic dicunt per gl. nota. & ſingularem in l. codicillis. §. inſtituto in verb. filijs. infra tit. 1. & ibi Imol. dicit illam gloſſam eſſe mente tenendam. Licet tex. per gl. adductus nõ probet ipſius ſententiã, quia l. libertis. infra, tit. 1. loquitur, quando dictum erat in prohibitione, vt bona remanerent in familia, & ſic ibi cauſa expreſſa erat.

Licet

Licet gl. vt infr. dicam, non habeat illum intellectū, neq; eſt veriſimile Accur. peritiſsimū in iure noſtro illum tex. adduxiſſe: Nam in dubio dictum gl. ſemper intelligi debet ſecundum iura per ipſam adducta. Bar. in l. non ſolum. §. liberationis verba, infr. de libe. leg. Tamen à Dd. omnibus gl. illa hic recipitur. Crotus hic ſolus dicebat iſtam limitationem ſic ſimpliciter poſitam non procedere, & neceſſe eſſe eā ſub diſtinctione quadam declarare hoc modo. Quod aut teſtator ſimpliciter & abſq; cauſa duos prohibet alienare, & tunc procedat tex. noſter cum alijs, vt prohibitio de non alienādis bonis abſq; cauſa ſit nuda. Aut teſtator in ſua prohibitione ſic dixerat: Volo talem rem prohibitam alienari ſemper remanere firmam, ſimplicem & ſtabilem penes prohibitos, tali caſu viciſsim inducatur fideicommiſſum, abſque cauſa expreſſa, & ita procedat textus in ſuis terminis in dicto §. inſtituto. Iſta ſententia Crot. licet non dicat, eſt ex mente omnium ferè Doctorum, qui non ſimpliciter admiſerunt hāc limitationem. Nam contrarium vult expreſsè Alex. in l. qui Romæ. §. cohæredes, de verb. oblig. & ibi Soz. Aret. & ferè omnes ſequuntur. hoc idem vult Saly. in l. quoties. C. de fideicommiſs. & hanc

 ſenten-

ſententiam tenet preceptor meus in conſ. 23. li. 1. pluresq́ illum ſequuntur, vt verius dici poſſit illam eſſe magis communem ſententiam contra hanc limitationem, quicquid in contrarium Doct. hic dicant, quia ex authoritate prædictorum contrarium apparet. Et iſta ſententia contra hanc limitationem de iure verior eſt & probatur legibus & rationibus. Primò per tex. in d. §. inſtituto, in quo verba ibi appoſita erãt per teſtatorem, vt ædes ſemper eſſent firmæ & ſimplices, videlicet vt nõ poſsint alienari, hypothecari. Item teſtator ibi dicebat: Quod deberent manere in vniuerſum tempus filijs ſuis & nepotibus, quæ verba à teſtatore ſic prolata nil aliud denotabant, quàm quod dictæ ædes debeant remanere in familia, & cùm ſumus ibi in vltimis voluntatibus, non refert quid ex æquipollentibus fiat. l. ſi mater. C. de inſtitu. & ſub. Quod ſecus eſt in cõtractibus. l. veteribus. l. quicquid aſtringendæ, de verb. oblig. Et hoc modo probatur ſentẽtia Crot. qui nihil adducebat, quodq́ vera ſit iſta ſentẽtia probatur manifeſtè per tex. noſtrum, vbi I C. indiſtinctè dicit præceptum de non alienãdis bonis abſq́ cauſa nullum eſſe, non diſtinguit I C. an ſint duæ vel tres perſonæ vel plures prohibitæ, ſolùm differentiam ponit

an

an ſit expreſſa cauſa nec ne. Item probatur hoc in omnibus alijs iuribus dicentibus præceptum nullum eſſe abſq; cauſa. † & in effectu gl. in d. §. 18. inſtituto non habet eum ſenſum, vt Doct. arbitrãtur, probatur quoq; ratione manifeſta. Nam nulla ratio differentiæ aſsignari poteſt, cur magis induci debeat fideicommiſſum, quãdo ſunt duæ vel tres perſonæ prohibitę, vel quãdo ſunt plures. immo magis dicendũ eſſet quando ſunt plures: & cum eadem ſit ratio in vno caſu, ſicut in alio, ideo eadem iuris diſpoſitio debet eſſe. l. adigere. §. quamuis de iur. patro. l. finali. C. ad l. falcidi. Nam gl. dictum ſuum poſuit ex d. §. inſtituto, in quo, vt dictũ eſt, talia verba appoſita erant, quæ in effectu cauſam inſertam habebant, & ideo gl. ibi voluit induci tacite fideicõmiſſum propter verba æquipollẽtia, atq; adducit tex. in d. l. cum pater, §. libertis. Ex quibus omnibus colligitur gl. ſenſiſſe id quod dicimus.
† Et ex iſto intellectu infertur illud quod dicitur: Quod præceptum de non alienandis bonis cum cauſa valeat & teneat, extendatur etiam vt idem ſit ſi cauſa colligatur ex æquipollentibus. Et iſta eſt ſingularis declaratio ad textum noſtrum, & ad omnia alia iura quæ idem diſponunt. 19.

c 3 † Sexta

20. † Sexta limitatio notabilis & ſingularis eſt, vt non procedat tex. noſter in præcepto de non alienandis bonis, quando aliqua res eſſet prohibita alienari de iure communi, tamen in nõnullis caſibus ſpecialibus conceſſa eſſet alienatio. Nam tunc in illis caſibus ſpecialibus valet prohibitio abſq; cauſæ expreſsione, vt bona eccleſiaſtica, vaſa, ornamenta, & ſimilia Deo dicata ſunt prohibita alienari. l. ſancimus. C. de SS. Eccleſ. tamen pro captiuorum redemptione alienari poſſunt, vt patet in d. l. ſancimus. Aliud exemplum poni poteſt. Lege Iulia. prohibitus eſt fundus dotalis alienari, ſi tradens fundũ dotalẽ conueniret de non alienando illo, tunc fundus non poſſet alienari in caſibus etiam permiſſis, & in quibus lex diſpenſat. ita Soz. in conſ. 49. li. 1. adducendo dictum Salyc. in l. ea quidem. C. de condicti. ob cauſ. & ita vult gl. in c. vero, ext. de condit. appoſ. Bald. in l. quoties. C. de fideicom. Hanc limitationem Com. Alex. Iaſ. & omnes hic ſequuntur. Pro qua ſententia adducitur tex. vbi ſecundũ eos eſt caſus in §. ſanctiſsimas, in Auth. de alien. & emphi. qui textus ſingularis eſt, cuiuſq; deciſio videtur eſſe cõtra omnes regulas iuris, vt teſtator prohibere poſſit bona eccleſiaſtica non poſſe alienari pro redemptione

demptione captiuorum contra l. ſancimus. C. de SS. Eccl. & illam præcipuè, quæ teſtatores prohibet diſponere contra leges. l. nemo poteſt, de leg. 1. Item durum videtur pro ſalute animarum bona eccleſiaſtica alienari non poſſe. Adde cauſam redemptionis captiuorũ eſſe fauorabilem & ſpecialem, pro qua ſpecialiter inductum eſt, vt bona quæ aliâs prohibita ſunt alienari in hoc caſu alienari poſsint, d. l. ſancimus, & ideo ſub regula & lege generali non debet iſte caſus contineri, per gl. vbi Bart. in l. 3. C. de ſilentiarijs, li. 12. Iſtius limitationis ſecundùm Dd. ratio eſt, vt verba aliquid operarẽtur, vt proximè dicebam, per d. c. ſi Papa, de priuileg. lib. 6. d. l. ſi quando. C. de inoff. teſta. iuncta gl. ibi, facit quoque quod voluit Bald. in Rub. C. de contrah. empt. in 2. quæſtio. Quod in iure noſtro nihil ſuperfluum eſſe debeat, ne minima ſyllaba quidẽ quin aliquid operetur. † Iſta 21.
Doct. ſententia nunquam mihi placuit, nec hodie, tertia vice qua interpretatus ſum hanc materiam placet, idémque quod Crotus hic, ſentio, qui aliquibus medijs mouetur. Primò, quia iſta prohibitio alienationis eſt nulla abſque cauſa, vt dicit textus noſter hic & in dicto §. Iulianus Agrippa, & hoc apparet, cùm

tex.

tex. dicat: Nullius eſſe momenti, quæ verba de-
notant, ipſo iure, per nota. per Bart. & alios in
Auth. Sacramenta puberum. C. Si aduerſ. ven-
ditio. Et eſt etiam regula: Quod nullũ eſt, nul-
lum effectũ producere poteſt, facit adhoc quod
ſolet dici: Non entis nullæ ſunt qualitates. l. eius
qui in prouincia, vbi Bar. & Doct. Si cert. peta-
tur, facit etiam regula, Quod eiuſdem naturę &
virtutis debet eſſe cauſatum ſicut cauſa. l. ma-
numiſsiones. & ibi Aret. per illũ tex. de Iuſti. &
Iur. l. quo minus. & ibi Iaſ. de fluminib. Secun-
dò mouebatur, † quia qualitas adiecta diſpoſi-
22. tioni quæ non conſideratur in caſu de quo agi-
tur, non auget effectum diſpoſitionis. l. 1. C. de
legiti. hæredi. Mens Croti fuit hæc, quod in ca-
ſu in quo quis prohibeat alienare nõ habuit in-
tentionem diſponere cõtra ea quæ de iure com-
muni competebant. Riparius hic conabatur re-
23 ſpondere iſtis argumẽtis, ſed quia debilia ſunt,
omitto. Crotus item conabatur reſponſum da-
re ad text. in d. §. Sanctiſsimas, qui pro hac limi-
tatione vrgere videtur, & primò reſpondet:
Quod ille text. loquatur in cõtractibus inter vi-
uos, quod probat per illud verbum in text. ibi
poſitum, Dederint, quod ſui natura trahitur ad
actus inter viuos. l. patronus, iuncta gl. ibi de
pro-

probatio. Sed iſta reſpōſio eſt nulla, ex quo tex. infrà loquitur per verbum, Reliquerint, quod importare ſolet vltimas voluntates. l. diuus. verſ. Cæterum, cum ſimilibus. ſuprà de teſta. mili. Item etiam verbum dederint, ſolet quoq; trahi ad vltimas voluntates. l. de fideicōmiſſo. C. de tranſactio. Secundo modo reſpōdet Crot. Quod ideo non poterat alienari res prohibita etiam pro redemptione captiuorū, quia ille caſus cenſetur incluſus in illo pacto, propter verba generalia. ibi, Nullo modo. l. obligari, in principio, ſuprà de authori. tuto. Item dicebat Crot. dicēdum eſſe illud pactum eſſe ſuperfluū, ſi non traheretur ad omnes res conceſſas alienari. gl. & Paul. de Caſt. in l. ſi quando. C. de inoff. teſta. Vltra reſponſiones iſtas, quæ non videntur firmæ eſſe, reſponderi poteſt ad tex. in d. §. Sanctiſsimas. Nam diſpoſitio illius tex. non emanauit propter illa verba generalia. Clauſula enim illa generalis pendebat à principali diſpoſito, ſed ſi cauſa nulla erat, nec etiam valida erat clauſula illa generalis, vt Regula iuris, vt ſublato principali corruat acceſſorium. c. cum quid. de reg. iu. li. 6. cum ſimilibus. Minusq; obſtat ratio Dd. ne diſpoſitio ſit ſuperflua, quia iſto caſu potius concedendum eſt verba eſſe ſu-

perflua quam quod iniquitas reſultet.l.fina.§.in
23. cõputatione, & ibi gl. C.de iur.delib. † & propterea verus intellectus ad d. §.ſanctiſsimas,cõſiderari poteſt, quod ibi de neceſsitate præſupponẽdum eſt, interueniſſe cauſæ expreſsionem, propterea tex.dicit,validã eſſe teſtatoris voluntatẽ in prohibitione alienationis. Necq; hoc eſt diuinare, nam iura iuribus recõcilianda ſunt,c. cum expediat. de elect. li. 6.l.vnica.C.de inoff. dotibus. Necq; dicendũ eſt,quod tex.in d.§.ſanctiſsimas,corrigat text.noſtrum cum alijs, quia nõpręſumitur correctio,niſi expreſsè appareat. l. præcipimus,cum ſimil.C.de appella. Propterea ſequit̃,quod vt dictũ eſtibi interuenerit cauſæ expreſsio,ꝑpterea valida eſt teſtatoris volũtas, & pro iſto intellectu inſeruit nobis deciſio Ang.in ſpecie,in conſ. 154. vbi voluit:Quod ſi teſtator relinquat hoſpitali, hæredem, eo pacto quod nõ poſsit vllo modo bona alienare,tamen decidit ibi Ang. quod non obſtante teſtatoris voluntate, poſſent bona alienari per hoſpitale. Ratio ſecundũ ipſum eſt, quia prohibitio alienationis erat nulla abſq; cauſa,& adducit text. noſtrũ hic, pro deciſione, ergo manifeſtè apparet,quod in d.§.ſanctiſsimas,de neceſsitate præſupponenda ſit cauſæ expreſsio, quo caſu ille

tex.

tex. hoc modo declaratus, nullo modo probat hanc communem limitationem, & ita reperio hic idẽ dicere recentiores Portugalenſes, & antequam eos viderem, idem dixi. Et iſte intellectus vltra eos cõfirmatur. Nam ſi vera eſſet iſta communis limitatio per illum textum, ſequeretur maximum abſurdum, quod nullo modo eſt concedendum. l. quod abſurdũ, infrà de bon. liber. l. ſcire oportet. §. aliud, ſupr. de excuſa. tuto. & ibi Bar. tale enim eſſet abſurdũ, quod lex facilius permitteret alienationem in illis caſibus ſpecialibus, quàm in bonis de iure communi licitis alienari, cum leges, vt patet per tex. noſtrũ & alia iura, denegent præceptum de non alienãdis bonis ſine cauſę expreſsione valere, quod totum contrarium eſſet, vt in illis caſibus, in quibus lex ſpeciali quodam fauore, vt puta pro redemptione captiuorum permittit alienationem, debeat permittere ſecundum formam iuris communis, videlicet ſi interuenerit cauſæ expreſsio, ne ius ſingulare trahatur in conſequentiam. l. ius ſingulare. l. quod vero, cum ſimilib. de legib. † Poſita & non conceſſa iſta 24.
communi limitatione, animaduertendum tamen eſſet, quod textus in d. §. ſanctiſsimas corrigeretur de iure Canonico, quo caſu inſpicien-

d 2 dum

dum eſt ius Canonicum, & non Ciuile, quoties tractatur de fauore animarũ, prout agitur in redimendis captiuis apud Turcas & Sarracenos. Nam iſta cauſa eſt fauorabilis, vt ipſemet Imp. dicit in d. l. ſancimus, & leges humanæ & ſtatuta Laicorum non ligãt in ſpiritualibus, etiam quod eſſent fauorabiles conſtitutiones. c. eccleſia S. Mariæ. & ibi Dd. omnes de conſtitu. facit extiam tex. in c. cum laicis. Ext. de reb. eccl. non alie. vbi in ſimilibus caſibus leges ſeculares non tenẽt in ſpiritualibus vel ſpiritualibus annexis, & quod attendatur diſpoſitio iuris Canonici & non Ciuilis, quãdo agitur de fauore animarum, eſt bonus text. in c. licet mulieres, de iureiu. li. 6. vbi expreſsè Pontifex dicit, quòd corrigendæ ſint leges ſeculares, quoties tractatur de ſalute animarum. Dd. ſolent adducere not. in c. Poſſeſſor. de reg. iu. li. 6. Nos etiam diximus ſuperiori anno in l. 1. de vſucapio. & propterea dicerem, quod eccleſiarum œconomi poſsint non obſtante teſtatoris prohibitione alienare bona relicta eccleſijs pro redemptione captiuorũ, vel qualibet alia cauſa ſimili & fauorabili, maximè ſi in ſpecie dictũ non fuiſſet. & hoc etiam apparet de iure Ciuili, quod leges ciuiles non poſſunt condere aliquid contra libertatẽ eccleſiãſticam,

Auth.

Auth. Caſſa & irrita, & ibi Dd. omnes. C. de ſacroſan. Eccl. & pro noſtra ſententia optimè facit dictum Areti. in conſ. 21. in prin. vbi dicit,
† quod quando neceſsitas valde vrgeat, & prohibitio duntaxat reſpiceret fauorem prohibiti, quod nõ obſtãte prohibitione teſtatoris de bonis non alienandis, poſſet tali caſu cõcedi alienatio, & adhoc adducebat authoritatẽ Feder. de Sen. in conſ. 189. vbi in terminis dicit: Quod ſi vrgeat neceſsitas, eccleſia poſſet alienare, non obſtante prohibitione teſtatoris. Et confirmatiur 25.
ſententia Dd. hac ratione, † Quia bona relicta 26.
eccleſiæ dicuntur data Chriſto quãtum ad proprietatem, dominiũ & poſſeſsionem, facit tex. in c. nulli liceat. c. iudicatum. 12. quæſt. 1. idem dicit tex. in c. cum ex eo. de elect. lib. 6. Quod bona eccleſię ſint patrimonia Chriſti, & propterea dicit tex. in c. qui Chriſti pecunias. 12. quæſt. 2. quod qui furatur eccleſiæ pecunias, furatur Chriſto. Vtinam iſta iura ſeruarentur noſtris temporibus. Propterea iniquũ & durum eſſet, quod teſtator poſſet talem legem imponere in prohibitione bonorum ſuorum, vt illa non poſſint alienari pro redemptione captiuorũ, & ideo hoc credo veriſsimum eſſe, vt tex. in d. §. ſanctiſsimas, de iure Canonico nullo modo proce-

d 3 dat,

cedat, & ſit omnino correctus, & ita ſi caſus mihi contingeret, conſulerem & iudicarem. Et hęc not. neminem reperio hæc dixiſſe.

27. † Septima limitatio eſt, quando alienationis prohibitio emanaſſet à principe, etiam ſi non expreſſa fuiſſet cauſa, tamen teneret prohibitio,
28. † quia in principis diſpoſitione ſeu cõceſsione, licet cauſa non exprimatur, tamen ſemper præſumitur Cy. & Bald. in l. reſcripta, in tertia & quarta quæſtione. C. de precib. Impera. offer. Panor. & alij in c. cum olim, col. 8. & c. cauſis. col. 2. de re iud. Alex. in conſ. 216. Nec arguẽdi ſumus, col. 7. li. 2. ad hoc ſemper ſolet adduci gl. optima in l. relegati, in gl. fin. & ibi Bart. de pœnis: Quod ſemper cauſa iuſta præſumatur in principe. Et iſta limitatio nullam habet diffi-
29. cultatem, † tamẽ declaratur: Nã quod dicitur, in principis conceſsione ſemper præſumi cauſam de neceſsitate hoc intelligi debet, quãdo diſpoſitio eſſet ſuper his, quæ ſunt iuris poſitiui, ſecus verò ſi diſpoſitio eſſet contra ius naturale gentium & diuinum. Nam licet principes ſupremi poſsint ex cauſa limitare, & declarare prædicta iura, vt nota. per gl. Bart. & Dd. in l. final. C. de conſtitu. princip. tamen in prædictis caſibus neceſſaria eſt expreſsio cauſæ. Item vlterius

terius neceſſariũ eſt, quod cauſa expreſſa ſit iuſta & rationabilis, ita Rom. dixit in conſ. 352. Quæritur primò Panor. in c. quæ in eccleſiarum, de conſtitu. latè Iaſ. in l. quo minus. nu. 6. & 7. de flumini. & ita aliâs vidi diſputatum eſſe Romæ in cauſa regis Angliæ, in diſpenſatione facta per Leonem decimum, vbi non apponebat cauſam, dicens: Propter aliquas cauſas in noſtro pectore reſeruatas, dicebatur diſpenſationem eſſe nullam. Nam ſi verum eſſet, quod dicti principes haberent poteſtatem declarandi & limitandi dicta iura, & quod cauſa ſemper præſumeretur, ad libitum eorum penderent omnia prædicta iura, quia ſemper præſumeretur cauſa, & hoc modo peruerteret omnia iura prędicta, quæ tamen ſunt immutabilia, & non pendent ex authoritate principum, niſi ex cauſa, & ita aliâs diximus in l. Titia, in principio, in cauſarum matrimonialium compendio, & latius in venationis tractatu, breui in lucem edendo.

† Octaua & vltima limitatio eſt ad textum noſtrum, vt idem ſit ſiue cauſa exprimatur verbis expreſsis, vel verbis æquipollentibus, & ad hoc optimè facit tex. in d. l. codicillis. §. inſtituto, prout ſuprà quoq; dixi. 30.

† Ter-

31. † Tertiò notatur ex tex. noſtro, quod duo ſint quæ veſtiunt nudum teſtatoris præceptum de bonis non alienandis, & hęc duo æquiparantur per I C. noſtrum hic. Primum eſt cauſæ expreſ-
32. ſio: ſecundum, perſonæ contemplatio. † Circa primum ſatis diximus conſiderando expreſsionem cauſæ dupliciter, vel propter affectionem, vel propter familiæ fauorem, de primo poſuimus plura exempla, & vltra ea quæ appoſita fuerunt affectio poteſt conſiderari vnà cum vtilitate, videlicet ratione vicinitatis, prout habetur per I C. in l. ſi cui fundus, infrà tit. 1. vbi inquit: Noſtra intereſt habere fundos vicinos vltra iuſtã æſtimationem. Item affectio ſola conſiderari poteſt, vt ſi teſtator propter aëris clementiam vel gratia delectationis prohibuiſſet bona alienari, vt exempla ponit I C. in l. 1. §. ſi rem. Si quid in frau. patro. Circa ſecundum ponitur exemplum, quando teſtator expreſsit perſonas ad quas volebat deuolui bona, ſi contrauentum fuerit voluntati ipſius, per tex. in l. 3. §. ſi quis ita legauerit, infrà de adi. leg. & in l. 1. C. de his quæ pœnæ no. Ratio iſtius ſecundi dicti eſt. Licet Dd. non dicant: Nam quando teſtator apponit pœnam hæredi alienare prohibito, quam pœnam in alium transfert: videtur tunc appa-

apparere de ſufficienti ratio & cauſa, propter quam teſtator noluerit alienari, quia voluit vni adimere, & ad alium transferre, & ei prouidere, & hoc colligitur ex d. §. ſi quis ita legauerit, hoc idem probat tex. in d. l. codicillis. §. inſtituto, dum dicit: Irritum & inane ſit, ſi contrauentum fuerit, & ita Alex. hoc modo declarat text. noſtrum, in conſ. 57. lib. 2. Nam ſi perſonam non nominat teſtator in quam velit referre, non valet præceptũ prohibitionis alienationis, & aſsignat eandem rationem quam I C. noſter hic ap. ponit: Quia talem legem imponere non poteſt.

† Quartò not. ibi: Nullius momẽti, vltra Dd. 33. per Caro. Ruy. quem refert, & ſequitur hic clariſsimus I C. Fabius Narniẽſis bonæ memoriæ prædeceſſor noſter in veſpertinis lectionibus, quod præceptum nudum teſtatoris ſit nullum ipſo iure, nec ex eo naſcatur naturalis vel ciuilis obligatio: adducebant Bar. in l. cum lex, de fideiuſs. vbi expreſsè apparet, quod quando lex reſiſtit actui, nulla naſcitur obligatio: adducebant quoq; Ang. in l. ſtipulatio iſta. §. alteri, de verb. obl. ponderabant etiam text. noſtrum hic in ratione ſua, Quia talem legem, &c. Confirmatur hoc, quia in hac ratione præcedit negatiua, verbum, poteſt: & ideo ſignificat actus nullitatem,

& prout dicebat I C. hic: Nullius ſit momenti, quod negatiua præcedens verbum, poteſt, hoc operetur. Vltra eos eſt optimus text. in l. 1. in princ. iuncto §. ſi quis ita, de verb. obl. vbi negatiua præcedit, & preterea I C. dicit, quod nec naturalis, nec ciuilis obligatio naſcatur. d. §. ſi quis ita. plura inferunt circa hanc materiam, verùm quia impertinentia ſunt, omitto.

Quintò not. ibi, Quoniam talem legem, &c. que ratio à nobis ſuprà ſatis declarata fuit, quid ſenſerit I C. in dicta ratione, propterea aliter non declaro. Animaduertendũ tamen eſt, quod iſta ratio I C. eſt ſpecialis, conſideratur etiã iſta ratio generalis: nam teſtator nõ poteſt aliquid diſponere contra leges, l. nemo poteſt, infrà tit. noſtro. Item etiam teſtator non poteſt legem aliquam imponere, à qua ei recedere non liceat. l. ſi quis in principio teſtamenti, infrà tit. eodem, lib. 2. Nam teſtandi facultas ſemper debet eſſe libera, l. 1. C. de SS. Eccl. Item non poteſt quocp aſtringi facultas teſtandi. l. ſi fratres. §. idem reſpondet pro ſocio.

34. † Sextò colligitur ex text. noſtro ibi: Quod quando perſona eſt nominata, in cuius fauorem teſtator vult bona deuolui iure fideicommiſſi, validum iudicatur præceptum teſtato-

ris,

ris, vt ſuprà dicebamus in tertio notabili, & tunc non eſt curandum, de cuius fauore vel vtilitate tractetur, an ille ſit de familia teſtatoris, vel extraneus, vt apparet per textum noſtrum hic, poſt plures perſonas enumeratas dicit, Hæredibus quibuſdam. Quę dictio vnà cum præcedentibus operatur, vt de omnibus hęredibus intelligatur, adhoc vt aliquid operetur, vt habetur in l. 1. §. nuntiatio, ſuprà de ope. no. nunc. vbi Doct. omnes: † Sicut in ſimili videmus, 35.
quod ſi in conceſsione feudi dictum ſit, Tibi & hæredibus tuis. illud verbum, Hæredibus, intelligitur de maſculis. c. 1. §. & ſi clientulus, de alie. feud. gl. in l. etiam Sol. matr. Bar. in l. Gallus. §. etiam, de lib. & poſth. Cald. in conſ. 15. Decius in conſ. 208. col. 3. in fine lib. 2. † ta- 36.
men ſi additum fuiſſet, Hæredibus tuis quibuſcunque, tunc continerentur etiam hæredes extranei, adhoc vt illa dictio, Quibuſcunq;, aliquid operetur, vt dicit Dec. in præalleg. conſ. vbi plura congerit adhoc.

† Septimò colligit ibi de liberis aut poſteris 37.
differentiā eſſe int̃ iſta noīa liberorū & poſterorū, vt expſsè I C. dicit in l. Iurecon. §. parētes, inf. de gradi. & notandū eſt ꝙ appellatione poſterorū veniūt nati & naſcituri, ita ſingulariter dicit

Caſt. in l. maritus. C. de procurat. quem ſequitur Alex. in conſ. 45. lib. 3. Andr. Sicul. in quodam ſuo conſilio, vt refert & ſequitur in conſ. 40. col. 5. & hoc verum eſt, ſiue ſit materia fauorabilis, ſiue odioſa. Bart. in l. itē prætor, infrà de ſuis & legit. Notandū tamē eſt nomē liberorū
38. latius eſſe vocabulum q̃ nomen poſterorum. † Nā appellatione poſterorum in materia ſtricta & odioſa, non veniunt deſcendentes ex linea fœminina. l. 1. in fine, de iur. immu. l. vacatio, de mune. & hono. Corn. in con. 265. li. 4. vbi cum Baldo cōſuluit, & propterea inferri poſſet ad materiam noſtri §. quod ſi teſtator prohiberet bona ſua alienari, quia illa voluerat remanere apud poſteros, quod deſcendētes ex linea fœminina non dicerētur vocati ad fideicōmiſſum, & perinde eſſet, ac ſi dictū eſſet per teſtatorē, q bona remanerēt in familia vel agnatione, quo caſu deſcendentes ex fœmina, expreſsè excluderē-
39. tur. † Nā licet fœminæ dicātur eſſe agnatæ, tamē earum deſcendētes non ſunt de agnatione. prout eſt optimus text. in l. voluntas, & ibi Dd. omnes. C. de fideicom. prout infr. dicam in illa quæſtione principali, Quæ perſonę veniant appellatione agnationis vel agnatorum. Et iſtius limitationis ratio eſt, prout ſæpè dictū eſt: quia

materia

materia prohibitionis eſt odioſa, vt ſup. latè diximus per d. l. dudum, & d. l. non vſq; adeo, cumſimilibus,† quod cõprobatur ex dictis Bar. 40.
in l. liberorum, de verb. ſigni. quod in materia odioſa appellatione filiorum non veniãt nepotes, per text. in l. quod ſi nepotes, ſupr. de teſta. tute. & ibi Bar. dicit, prohibitionem factam filijs, non extendi ad nepotes. † quod tamen dice- 41.
rem verum eſſe, quando ſimpliciter dictũ eſſet, Poſteris veſtris, ſecus ſi dictum fuiſſet, Poſteris veſtris quibuſcunq;, tunc intelligerẽtur deſcendentes ex linea fœminina, vt ſuprà dictum eſt, quãdo dicitur: Hæredibus quibuſcunq; in feudis. quod licet verbum, hæredibus, intelligatur de maſculis. d. c. 1. §. & ſi clientulus, de aliena, feud. tamen vt verba aliquid operentur, extenſio fieret. † Si verò materia eſſet fauorabilis, & 42.
nulli præiudicaret, vt in priuilegijs vel beneficijs, quæ latiſsimè ſunt interpretanda. l. fin. de conſtitu. princi. tunc continerentur etiã deſcendẽtes ex linea fœminina, exempli gratia: Si princeps conceſsiſſet priuilegium immunitatis tibi & poſteris tuis, ita dicit Alex. in conſ. 45. lib. 3. Et hæc omnia ſupradicta procedunt circa materiam text. noſtri, & in qualibet alia materia, quando ille qui prohibuiſſet bona ſua alienari,

accepiſſet in feudum vel in emphiteoſim dicta bona; tunc illa bona, Pro ſe ſuiſq; poſteris, intelligerentur de deſcendentibus ex linea maſculina, quando maſculus author dicta bona acce-
43. piſſet. † Si verò eſſet mulier quæ accepiſſet dicta bona, & prohiberet illa alienari. Nã ex quo recepit in feudum, vel in emphiteoſim, pro ſe ſuiſq; poſteris, tunc appellatione poſterorum venirent etiam deſcendentes ex linea fœminina; differentiæ ratio eſt, quia mulier non videtur neglexiſſe lineam fœmininam, immo magis vo-
44. caſſe eam. Nã vt Philoſophus inquit: † Omne ſimile appetit ſuum ſimile, & etiã quod dicitur, facit, In habentibus ſymbolũ, facilior eſt tranſitus, ita ſingulariter Anch. in conſ. 351. Pro maiori intelligentia, col. 8. Cuius dictũ eſt mẽti tenendum, ante ipſum voluit idem Spec. in titu. Locati. §. nunc aliqua, quem ſequitur Bald. in auth. Si quas ruinas, in vltima charta. C. de SS. eccle. Quod ſi conceſsio facta fuiſſet alicui pro ſe & deſcendentibus ſuis maſculis, nepos natus ex filia non admitteretur: licet eſſet maſculus, ita ſequitur Caſt. in l. Gallus. §. nunc de lege, ſupra de lib. & poſth. Tamen ſi conceſsio facta fuiſſet mulieri accipienti rem in emphiteoſim, pro ſe & ſuis deſcendentibus, tunc ſecus eſſet,

&

& idem ſequitur Arc.in d.§. nunc de lege facit, quod nota. voluit Soz. † in notabili caſu legis 45.
cum æuus,infrà de cõditi.& demonſtra. Quod ſi mulier haberet filiam fœminam, quam hæredem inſtitueret,& ei aliquem ſubſtitueret, ſi deceſsiſſet ſine liberis, tunc neptis ex filia, matris excluderet ſubſtitutum propter ſupradictam rationem, quia mulier præſumitur ſexum fœmineum conſideraſſe.

† Octauò colligitur, quod bona prohibita alienari nõ cenſentur prohibita alienari in præiu- 46.
diciũ creditorũ teſtatoris, Nam prohibitio alienationis bonorũ cum cauſæ expreſsione, valet ex cauſa voluntaria, ſecus ſi ex neceſsitate proueniat, vt in textu noſtro, cui conformis eſt tex. in d. l.peto.§.prædium,infr.tit. 1. Et ratio iſtius tex noſtri cum alijs eſt, quia non debet eſſe in poteſtate debitoris, poſſe fraudem committere in creditorum præiudicium, facit adhoc tex. in l. debitorem.C.de pactis, & lex ſemper procurat, omnique conatu prouidet ne fiat aliquod prę iudicium creditoribus. l. fin.§. ſui autem. C. de iur.delib. Nã lex nemini vult auferre ius ſuum. l. finali, vbi Dd. de pactis. † Ampliatur etiam 47.
tex. noſter ex identitate rationis, vt locum habeat etiam in quibuſdam aliis caſibus fauorabilibus,

libus, in quibus lex concedit alienationem in bonis prohibitis alienari, vtputa in cauſa dotis. Auth. Res quæ. C. Commu. de leg. & etiam in cauſis alimentorũ, vt Dd. tradũt in d. Auth. Res quæ. vt patet ibi per Iaſ. col. 9. in fine, ſecundum quam ſententiã conſuluit Roma. in conſ. 267. circa id, de quo queritur. & ex ſupradictis Iaſ. hic infert, quod etiam filius in legitima dicatur eſſe creditor, gl. nota. in l. ſi quis legatum. §. fin. in verb. Non poſſe, & ibi Bart. & Dd. de falſ. Et cenſetur quodammodo æs alienum legitima. Confirmatur hoc, nam legitima non ſolum debetur iure ciuili, verumetiã iure naturæ. Nã lex naturalis dictat hæreditatem deberi filijs. l. 1. de bon. dam. l. nam etſi parentibus, de inof. teſta. probatur melius per text. in c. Raynutius, ext. de teſta. ibi, Legitimam iure naturæ debitã; idem dicit tex. in c. ſi pater, de teſta. li. 6. Et propterea ſequitur, parentem non poſſe prohibere filium ſuum alienare, quia hoc modo præiudicaret filio ſuo in legitima ſua, quod à lege non conceditur, vt parens in legitima aliquod onus & grauamen imponere poſſit. l. quoniã in prioribus. l. ſcimus. l. omnimodo. C. de inof. teſta. Vltra adducta per Iaſ. adduci nõnulla poſſunt, vt legitima dicatur debita filio. l. Papinianus.

§. ſed

§. ſed ſi impuberi. l. fina. C. de codicill. l. 1. §. 1. C. de lucra. inſcrip. li. 11. in quibus iuribus conſtat legitimã propriè deberi filio poſt mortem. Secundò accedunt quæ Dd. tradunt communiter in l. Titio centum. §. Titio genero, infrà, de conditi. & demonſtra. vbi dicunt adeo legitimã deberi filio, vt ſtatuentes non poſsint ea priuare filios, quia debita eſt iure naturæ, iuribus ſuprà adductis, & ita aliâs dicebam: † Tamen 48.
in puncto iuris videtur quod iſta illatio Iaſo. licet ab omnibus recipiatur, nõ poſsit procedere, quia filius nõ dicitur propriè creditor, ſed quaſi, vt gl. voluit in l. 3. C. de iu. & facti. igno. per l. fina. §. ſin autem perpetuum, in verbo, Quaſi debitam. C. de procura. furio. accedit tex. in l. in ſuis, ibi: Quaſi domini, ſuprà de libe. & poſth. Item probatur ratione, quod filius non dicatur eſſe creditor: nam ſi filius eſſet creditor ſimpliciter & abſolutè, ſequeretur, quod ſi hæres à patre inſtitueretur ſub cõditione poteſtatiua, quod non obſtãte implemẽto conditionis, poſſet adire hæreditatem patris, quod tamen falſum eſt, l. ſuus quoq́, in princ. ſuprà de hære. inſtitu. Item ſequeretur maximum abſurdum: Nam ſi filius eſſet creditor in legitima mortuo parente, concurreret cũ alijs creditoribus paternis. l. pri-

f uilegia,

uilegia, de priuile, credito. quod tamen eſt falſum, quia creditores præferuntur filio etiam in quarta, d. l. Papinianus. §. quarta, de inoff. teſta. ibi, Deducto ære alieno & funeris impēſa, probatur quoq; ratione, licet dependeat à proxima. Nam ſi filius haberet certum ius in legitima, pater contrahendo vel aliquid faciēdo non poſſet præiudicare filio, quod falſum eſt, d. §. quarta. Vltimò probatur: Nam filius non habet ius certum pro ſua legitima in vna re magis quàm in alia, ſed debetur legitima in vniuerſo, & in quolibet ceſpite terræ: ideo filius nō poteſt eligere vnam rem pro ſua legitima, ſed debet adire iudicem qui ei aſsignet, vt Bar. & alij dicunt in d. l. ſuus quoq;. Tamen prędictis non obſtantibus placet mihi illatio Iaſ. nō propter ſuas rationes, ſed alias, quibus probatur ſentētia ipſius. Nam, vt dicebamus, verum eſt filiū non habere certum ius in legitima, quod probatur ex duobus. Primò ex ſupradictis, quia non cenſetur æs alienum, d. §. quarta. Secundò, quia filius ex facto ſuo poteſt perdere legitimam, quod non poſſet, ſi haberet abſolutum ius, filius enim propter cauſas ingratitudinis exhæredari poteſt. §. cauſas, cum ſimilibus, in Auth. vt cùm dę appell. cog. Et quod filius, viuente patre, nullum

ius

ius certũ habeat,ſed mortuo demum illo, apparet: Nam ſi filius eſt hæres inſtitutus & rogatus reſtituere hæreditatem, ſi ſine liberis deceſſerit, poteſt filius, non obſtante voluntate patris, vel hæredis detrahere quartam, pro ſua legitima, quia teſtator non poteſt præiudicare filio poſt mortẽ, quia ceſſant omnia adducta ſupra, & de hoc eſt caſus in c. Raynutius. ext. de teſta. Neq; ob. gl. in §. ſi quis implens, de hæred. & fal. quia reſpondetur, quod debet intelligi ſecundũ prædicta, vt non habeat ius firmũ, licet ſpem aliquã habeat in bonis paternis. Vnũ tamen non omitto, quod licet pater nõ poſsit grauare filiũ ſuum poſt mortem circa ſuam legitimã, tamen in gratiam filij poſſet diſponere, prohibendo illum, ne vſque ad certam ætatem alienaret, prout proxime dicebamus per dictum Aret. in d. conſ. 19. Et ex iſta Iaſ. illatione, prout ſupra declarata fuit, † infertur & aliud nota. Quod cum legitima non debeatur pure & ſimpliciter in vita patris, vt non poſsit cõfiſcari viuente parẽte, ita Dd. omnes tradunt in l. in ſuis, ſupra de lib. & poſth. & ita Bar. dicebat in d. §. ſi quis autẽ implẽs. And. Sicu. in d. c. Raynutius, col. 58. ext. de teſta. & ita vult Nellus à S. Geminiano, in tracta. Bannitorum, in prima parte ſecundę partis, 49.

 &

& hanc ſententiam ſequitur Mari. Soz. iunior in conſ. 51. Eleganter & docte, nu. 5. & 6. lib. 1. Et licet nõnunquam principes confiſcationum auidi attentant bona paterna etiã publicare pro delicto filij, vt aliâs vidi: tamẽ qui iſta principibus ſuadent, more ſolito videntur blandiri. Durum & iniquum eſt, quod propter delictum filij pater viuens debeat priuari legitima, in qua filius illo viuo nullum ius firmum habet, cum pater poſsit ei præiudicare propter æs alienum, d. §. quarta.

50. † Nonò, colligitur ex tex. noſtro verum eſſe quod dici ſolet, quod in vltimis voluntatibus teſtatoris voluntas ſemper ſeruanda ſit, & vti regina habeatur in vltimis volũtatibus, l. in cõditionibus primũ locum, inf. de conditi. & demonſt. l. 3. §. cõditio, infr. de adi. leg. vbi Imp. inquit: Melius eſt ſenſum magis quàm verba amplecti, ad idem facit l. cum virum. C. de fideicom. l. 3. C. de lib. præte. vbi voluntas teſtatoris magis attenditur quàm verba, facit quoq; l. fina. C. quæ res pig. obl. poſs. l. cum proponebatur, infr. tit. 1. l. cum quæſtio, in fine. C. eod. tit. noſtro. Hinc eleganter dicit Bald. in l. fin. C. de impub. & al. ſubſti. Nos debere ſectari voluntates teſtatorum, ſicuti canes leporem, idẽ Bald.

in l. quoniam indignum. C. de teſta. Et prædi-
ctis iuribus non obſtat tex. in l. ſi alij, de yſuſr.
leg. vbi dicit I C. interdum magis attendenda
eſſe verba quàm voluntatē, quia tex. ibi loqui-
tur in caſu ſpeciali, & probat I C. regulam eſſe
in contrarium, dum dicit, Interdum, &c. de cu-
ius intellectu Doct. tradūt in l. in ambiguo, vbi
& nos quoq; diximus, infr. de reb. dub.

† Decimò colligi poteſt, creditores dici eos, 51.
qui abſq; vlla exceptione debitum exigere poſ-
ſunt, prout textus noſter loquitur: Creditores
verò in diem, vel ſub conditione non dici pro-
priè creditores, adhoc facit tex. in §. ex conditio-
nali, Inſt. de inuti. ſtipu. ibi: Spes eſt in debitum
iri, Ergo prius non eſt debitum, facit etiam tex.
in l. 1. de donatio. vbi donatio ſub conditione
non eſt propriè donatio, & ideo Bar. ibi in fine
dicit: Inferens ad iura municipalia diſponentia
de donatione, vt non habeant locum in dona-
tione ſub conditione, quia non eſt propriè do-
natio. Sed contra hoc videtur eſſe tex. in cōtra-
rium, in l. creditores, de verb. ſig. vbi I C. æqui-
parat creditores purè vel in diem, vel ſub cōdi-
tione. Ergo propriè dicuntur creditores, ex quo
lex illa ſita eſt in illo titulo, in quo de verborū
proprietate agit, arg. l. Imperatores, de in diem

 adie.

adiect. Dd. in l. 1. Si cer. peta. poſt Bar. ibi conantur reconciliare iſta iura, diſtinguẽdo, quod aut ſimus in materia indifferenti, & tunc procedat tex. in d. l. creditores. Si verò in materia dif-
52. ferenti, & tunc iura contraria procedant. † Mihi magis placeret, vt tex. in d. l. creditores, intelligeretur, prout gl. ibi tradit, quando conditio eſſet certa, ſecus ſi incerta. Nã cõditio ſecũdùm iur. reg. nil ponit in eſſe. l. cedere diẽ, de verb. ſig.
53. † Vndecimò, colligitur in eodẽ verbo Creditoribus, quod prohibitio de non alienandis bonis procedat ex cauſa volũtaria, ſecus ſi ex cauſa neceſſaria, & ideo probat textus noſter illud quod ſemper ſolet dici: Quod propter neceſsitatem recedimus à regulis iuris. l. 1. & ibi gl. & Dd. de offi. eius, cui mand. c. 2. extr. de deſp. impub. facit etiam tex. in l. 2. C. de patri. qui fili. diſ. vbi pater propter neceſsitatẽ poteſt vẽdere filiũ. Aliâs diximus in l. nemo poteſt. de leg. 1.
54. † Duodecimò, colligitur ex tex. noſtro, dum dicitur ibi: Creditoribus & fiſco, apparet differentiã eſſe inter creditores & fiſcum propter copulam, Et, quæ ſolet poni inter diuerſa, per no. in Rub. C. de iu. & fac. ignor. Ad hoc poteſt reſponderi duobus modis: Primò, quod ideo I C. poſuerit differẽtiam inter creditores & fiſcum,

quia

quia fiſcus plerunq; prętẽdit cauſam lucratiuã. Creditores verò cauſam oneroſam, & fiſcus nõ habet tam firmum ius, quando ex cauſa lucratiua prouenit, ſicut ex cauſa oneroſa, vt apparet in l.non puto, infr.de iu.fiſci iũcta l. 1.C.de iur. fiſci, li. 10.prout Dd.latiſsimè dicũt in l.1.& ibi diximus ſupr.Sol.matri. Vel ſecundò dicemus, quod iſta copula; Et, non ponat diuerſitatẽ, ſed differentiam inter ſpeciem & genus, per not. in Rub.C.de ſeruitutib. & aqua. Pari modo legĩ in S.Scriptura: Dicite diſcipulis & Petro,&c.

† Decimotertiò, colligitur in verbo fiſco, ſecundũ Alcia. hic, ꝙ prohibita alienari propter delictũ publicari poſsint,& nõ valeat teſtatoris prohibitio.Ratio eſt ſecundũ ipſum,quia nõ eſt veriſimile teſtatorẽ alienationis appellatione de hac neceſſaria alienatione ſenſiſſe. Verùm, quia hoc falſum eſt, & in contrariũ eſt cõmunis ſentẽtia,bona prohibita alienari,nõ poſſe publicari propter aliquod delictum prohibiti alienare, vt apparet per Alex.in con.23.li.1.ad iſtũ tex. noſtrũ ſic inductũ,per Alci. reſpõdetur, quod tex. noſter loquatur, quãdo delictũ eſſet perpetratũ ante prohibitionẽ alienationis,& tũc poſſet ꝑcedere dictũ Alc. Verũ,qa de hac materia latiꝰ dicturꝰ ſum inf.in gl.ideo refero me ad ibi dicẽda. 55.

† De-

Decimoquarto & vltimo colligitur ex tex. noſtro, eos, quorum fauore bona prohibentur alienari, vocari fideicōmiſſarios, idem dicit tex. in d. l. peto. §. fratre, infr. tit. 1. & ex iſto tex. infertur hic per Crot. ad notab. & quotidianam quæſtionem, quæ ferè totam §. noſtri materiam reſpicit, cum ſemper loquamur de prohibitione
56. facta per teſtatorem. Quæſtio eſt talis: † Quid iuris eſſet retēto iſto themate, ſi aliquis prohibitus alienare, interpellaſſet illos de familia an vellent emere, & illi recuſarent an propter hanc interpellationē factam, iſte prohibitus poſſet vendere extraneo. Hanc quæſt. originaliter mouet Dyn. in l. qui Romæ. §. cohæredes, de verb. obl. vbi per illum tex. tenet facta huiuſmodi interpellatione, hæredem poſſe vendere extraneis, & validam eſſe alienationem non obſtāte teſtatoris prohibitione. Bar. ibi nō ſimpliciter ſequitur ſententiam Dyni, ſed ita demum ſi teſtator vlterius non addidiſſet, Quia volo iſta bona prohibita alienari, ſemper manere in familia, tunc ſecus eſſet in illo caſu. Crotus qui hanc quæſtionem mouet, diuidit in plures concluſiones, per quas magis confundit hanc quæſtionem quàm
57. declaret. † Sed circa hanc quæſtionem Dyni in d. §. cohæredes, dicendum videtur, quod nec

Dy-

Dy. nec Bar. rectè ſenſerint, & primò ſententia iſta contra Dy. confunditur per tex. noſtrum, dum I C. dicit, validum eſſe præceptum teſtatoris de non alienandis bonis accedente cauſa legitima, & illæ perſonæ, quarum intuitu facta eſt talis prohibitio, dicuntur fideicommiſſarij. Si ergo appellantur fideicommiſſarij, apparet, vt ſuprà dicebam, ex text. noſtro inductum eſſe fideicōmiſſum, & per conſequens bona huiuſmodi ſubiecta reſtitutioni, virtute fideicōmiſsi nō poſſunt aliquo pacto alienari, etiam facta interpellatione ſeu requiſitione, per Auth. Res quæ. C. Comm. de leg. Item eſt contra text. in d.l. peto. §. fratre, vbi teſtator prohibuit domum alienari, & addebat: eam remanere volo in familia: vbi dicitur, quod hæredes prohibiti non poſsint contrauenire teſtatoris volūtati: ſequitur ergo, quod alienatio nullo modo fieri poſſit, nec facienda eſt illa ſubauditio, Bar. quæ ſiue addatur ſiue non addatur, nihil immutat circa teſtatoris volūtatem, ſed potius accedere videtur ad maiorem declarationem, vt exprimatur illud quod tacitè inerat. Quo caſu expreſsio eorum quæ tacitè inſunt, nihil operatur, l. 3. ſuprà eod. tit. noſtro, l. non rectè, cum ſimilib. C. de fideiuſs. Et hoc videtur ſentire Cuma. &

 Alex.

Alex. in d. §. cohæredes, & Bar. rectius ſentiẽs, aliter dicit in d. l. codicillis. §. inſtituto, vbi ſecutus eſt ſententiam Dy. indiſtinctè nulla verba addendo, forſan ob nullam aliam rationem, quàm per nos dictum eſt. Sententiã Bar. in prædicta additione, in d. §. cohæredes, ſequuntur Imol. & Aret. in d. §. cohæredes, & etiam Caſt. hoc ſentire videtur. Contrariã verò ſententiam indiſtinctè voluerunt Cyn. Saly. Alex. Caſt. ſibi cõtrarius in d. l. quoties ab omnib. C. de fideicõ. idẽ voluit Iaſ. in d. §. cohæredes, & in effectu hodie magis cõmunis ſententia eſt contra Dyn. & Bar. quę vltra prędicta cõfirmat̃ vt bona ꝓhibita alienari, nullo modo poſsint alienari in terminis quęſtionis noſtrę. Ratio eſt manifeſta, vt ſup. dictũ eſt, Quia ꝑ iſta verba, prohibeo bona mea alienari extra familiã, inductũ eſt fideicõmiſſum. Ideo omnib. de familia acquiſitũ eſt in ſpe ius, ideo iniquũ eſſet, quod alij agnati emere cogerẽtur cõtra iuris reg. l. nec emere. C. de iur. delibe. l. inuitum. C. de contrah. emptio. & forſan propter egeſtatem non poſſent emere, ideo propter iſtã interpellationẽ factam non debent perdere ius ſuum. Secũdò vnica ratione oſtenditur, quia pręſupponendo inductum eſſe fideicõmiſſum, vt dictũ eſt, ius acquiſitum eſt omni-

bus

bus de familia, non ſolùm in rerum natura exi-
ſtẽtibus, ſed etiã naſcituris: ideo requiſitio facta,
& recuſatio emendi non debent aliquod præiu-
dicium afferre, quum iſtud fideicõmiſsi ius non
habeant ex facto & iure recuſantiũ, ſed ab illó
antiquo teſtatore, qui ſic diſpoſuit, vt bona re-
manerẽt in familia, propterea non tollitur arg.
l. emancipatum. §. fina. de Sena. l. adoptiuum.
§. fin. de in ius voc. Et ita in ſpecie reperio velle
Bolog. in addi. ad conſilia Io. de Anania, nu. 47.
Et ita tenendo non obſtant duo iura per Bar. &
Dy. adducta, & primò tex. in d. §. cohęredes: ſe-
cundò tex. in l. fin. C. de iur. emph. Quantum ad
tex. in d. §. cohæredes. Dd. pluribus modis re-
ſpõdent, prima reſpõſio eſt Rapha. Cuma. pro-
ut ibi refert Alex. quod ille tex. loquatur quãdo
prohibitio facta fuerit in contractu, in quo non
poteſt conſiderari fideicommiſſum, ſecus in vl-
tima voluntate, prout Quæſtio noſtra loqui-
tur. Iſta reſpõſio nullo modo procedere poteſt,
quia ratio diuerſitatis nõ poteſt aſsignari. Cum
contractus ita nos obligent ſicut vltimæ volun-
tates, & de contractibus ad vltimas voluntates,
validũ eſt argumentũ, l. ſeruum filij. §. cum qui
chyrographũ, & ibi Bar. l. quę, de legato, inſ. tit.
noſtro. Alio modo reſpõdet Io. de Ana. in conſ.

 præal-

prçalleg.47.quod ille tex. loquatur in caſu prohibitionis factæ inter viuos, quæ non eſt tanti effectus ſicut prohibitio facta de bonis non alienandis in vltima voluntate, & in hac reſponſione reſidet hic Crot. Iſtæ reſponſiones ad idem tendunt, quæ tamen fuerunt prius, Bald. in c. 1. §. aut ſi libellario. Quib. mod. feud. amitt. & confunditur iſta ratio pari modo, vti ſuprà dictum fuit ad primã, quia fortior eſt prohibitio quæ fuit in viuis facta, quàm quæ in vltima volũtate. Et præſertim cùm eſſet appoſita ibi pœna, ſi contrauentum fuerit. Et nihilominus ibi dicitur, quod ſi requiſiti fuerint cohæredes, an velint emere, quod tunc iſto caſu, ſi prohibitus vendiderit extraneo, quod non incidat in pœnam. Duobus quoq; alijs modis reſpondet Io. de Ana. in loco præalleg. Primò, quod ibi alio modo facta fuit interpellatio, nam ibi duo offerebantur, vt emerent vel vẽderent, quod ſecus eſt in caſu noſtræ quæſtionis, cùm tantum interpellentur illi de familia ad emendum, & ſic ſunt caſus diuerſi, & ex diuerſis non debet fieri illatio, l. Papinianus exuli de minor. l. naturaliter. §. nihil commune, de acqui. poſſ. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. de verb. Iſta reſponſio, vt Iaſ. quoq; animaduertit, ibi non videtur procedere,

dere, nam vt ibi Cum. & Caſt. dicunt, huiuſmodi conuentiones & pacta non erãt ab initio cõtractus appoſita, ſed iſta verba: Quod aut vẽderent aut emerent, fuerunt addita in denuntiatione ad abudantem cautelam, quæ non ſolet mutare vel vitiare ſcripturam, l. teſtamentum. C. de teſta. l. ſi pupilli. §. 1. de neg. geſ. l. non ſolent, de reg. iur. l. quæ extrinſecus, de verb. oblig. Item alia ratione non procedit iſta reſponſio, Io. de Ana. Nam poſito quod ibi pœna eſſet appoſita in conuentione, non tamen induceretur deciſionis diuerſitas, & licet diuerſa pacta vel denũtiationes eſſent factæ, ſatis tamen conſtaret per denuntiationem & recuſationem prohibita bona alienari poſſe extraneis, quod tamen negamus. Secũda erat reſponſio, quod ideo ibi decidatur, vt facta requiſitione fieri poſsit alienatio extraneis, quia illa bona erant communia, vt ibi expreſsè dicitur: Ideo ſi verum eſſet, quod facta requiſitione non poſſet cohæres vendere partem ſuam, ſequeretur abſurdum, quod ille compelleretur ſtare in communione, contra l. fin. Com. diuid. Confirmatur iſta reſpõſio: Nam pactum factum, vt bona ſemper in communione remaneant, non valet, l. in hoc iudicium. §. ſi cõueniat Commu. diuid. Immò nec iuramento cõfirmantur

tur huiuſmodi pacta & conuentiones, vt Dd. cõmuniter dicũt in l. nemo poteſt, vbi nos quoque diximus infr. tit. noſtro, & ad hoc ponderabat tex. ibi, qui hoc ſentire videbatur in fine, dũ dicit: Doli mali exceptionẽ, &c. quod ex quadã æquitate naturali hoc diſpenſatũ erat, vt tale pactum nõ teneat facta requiſitione, ea ratione, vt proximè dictum eſt, ne quis in communione perpetuò manere compellatur, quæ cõmunio, vt dicitur, ſolet parere diſcordias, l. cum pater. §. dulciſsimis, infr. tit. 1. Et licet iſta reſponſio videatur ſatis probabilis eſſe, tamen iſta reſponſio videtur eſſe contra text. ibi. cum non perpetuò prædiũ debet eſſe in cõmunione, cum data erat poteſtas cuilibet vendere partem ſuam, licet debeat vendere cohæredibus ſuis ſub precio taxato, vt ibi dicitur, ideo non ſumus in terminis. d. l. fina. C. Cõmu. diuid. & in d. §. ſi cõueniat. Alio modo reſpondet ad text. in d. §. cohæredes. Iaſ. ibi: Quod queſtio noſtra diuerſa erat à terminis illius tex. Nam ex quo bona ſubiecta erant reſtitutioni, & omnino debeãt peruenire ad illos, vtiq; meritò poterant recuſare emere, cum bona ſint ad eos peruentura vti de familia, verùm iſta Sol. non procedit. Nam poſito, & non cõceſſo, quod eſſent bona ſubiecta fideicommiſſo in

quæ-

quæſtione noſtra, non tamen poterant recuſare alij de familia, qui omnino conſecuturi gratis erant, quia ſi deceſsiſſent ſine filijs, vendere volentes, vendere non poterant, quia filij erant omnino præferendi cum parentibus ſuccedant, & prima ſucceſsio ſit filiorum, Auth. Ceſſante, & Auth. poſt fratres. C. Com. de ſuc. Item iſta reſponſio non differt à primis reſponſionibus. Ego autem vltimo loco ad illum text. facillimè reſponderem: Quod ideo ibi non mirum ſit, ſi facta denuntiatione & illis recuſantibus potuit fieri alienatio extraneis; vt ibi dicitur, quia non fuit ibi expreſſa prohibitio alienationis, ſed fuit conditionaliter facta prohibitio. Nam in diuiſione, vt dicitur ibi in text. fuit conuentum inter cohæredes, vt prædium illud debeat remanere in communione, & hoc forſitan fecerunt gratia commodioris culturæ vel alterius rationis. Et ſi quis eorum voluerit vendere, deberet vendere, alijs cohæredibus, taxãdo pretium, vt ibi dicitur, & pœnam appoſuerunt, ſi contrauentũ fuerit, ex quibus apparet quod nõ ſimpliciter fuit facta alienationis prohibitio: immo data fuit licentia vendẽdi, ſed ſuis cohæredibus, hinc eſt, ꝙ ſi requiſiti fuerint, an velint emere, & illi recuſant, quod tali caſu quilibet ex cohære-

dibus

dibus potuiſſet vendere extraneis, quia ibi talia bona non erant prohibita alienari virtute fideicommiſsi, vt eſſent ſubiecta reſtitutioni, natis & naſcituris. Quod ſecus eſt in Quæſtione noſtra, cum per teſtatorem fuerit dictum ſimpliciter: Prohibeo res alienari extra familiam, nec vlterius proceſsit teſtator dando licentiã vendendi, & ſic indiſtinctè & abſolutè facta fuit prohibitio alienationis, & propterea denũtiatio facta, an illi de familia velint emere, nil operatur, neq; dat licentiam vt poſsint extraneis vẽdere. & ſic apparet manifeſtè tex. in d. §. cohæredes omnino diuerſum eſſe à terminis noſtrę Quæſtionis. Nam tex. in d. §. cohæredes, vt dictum eſt, non loquitur in abſoluta prohibitione alienationis, & propterea denũtiatio operatur. pro quo optimè facit dictum Bar. in ſimili, in l. ſi cum dotem. §. eo autẽ tempore. Sol. mat. vbi voluit: Quod ſi ius municipale extaret, vt mulieres nõ poſsint contrahere ſine conſenſu propinquorum, quod propterea non dicatur auferri facultas vendendi, vt ſi affines omnino recuſarent, abſq; iuſta cauſa ipſæ non poſſent vẽdere. Nam ſi adierint iudicem & iuſtas cauſas allegauerint, iudex poteſt concedere authoritatem vendendi inuitis affinibus, quod idem eſt in propoſito, d. §. cohæredes.

hæredes,& in hanc reſponſionem videtur tacitè conſentire Caſt. in d.§. cohæredes,& per hoc inferri poſſet eodem modo ad feudorũ naturam, vt ſi ius quæſitum eſſet natis & naſcituris virtute antiquæ inueſtituræ, etiam quod agnati ſint requiſiti an velint emere, & illi recuſarent, non tamen poſſet fieri alienatio in præiudiciũ agnatorum,ad hoc eſt optimum dictum Bald. in c. 1. de alienat. feud. pater. Et aliâs ita vidi in facto obſeruatũ, vt diximus in noſtro feudorũ compendio. Non obſtat ſecundo loco d. l. fina. C. de iur. emphi. vbi probatur emphiteotam prohibitum eſſe vendere meliorationes ſuas domino non requiſito, ſi tamen requiſitus recuſaret emere,poteſt aliјs vẽdere,per quam legem Bart. in d.§.cohæredes,damnat Dyn. ſed ille tex. non vrget,ſicut tex. in d.§.cohæredes, neq; aduerſatur ſententiæ noſtræ,quia parum probat ſententiam Bar. & Dy. quia loquitur, quãdo facta eſt prohibitio à lege, & lex vlterius diſponẽdo ſtatuit,formam dando,vt in alienatione rei emphiteuticæ,requiratur domini cõſenſus,& vlterius lex procedit, vt requiſito domino & recuſante poſsit fieri alienatio, quod totũ de directo contingit in quęſtione noſtra,quia teſtator dicebat, Prohibeo vos bona mea alienare extra familiã,

h nec

nec vlterius procedebat, vt ſi quis vellet vendere, debet requirere illos de familia, ſi enim teſtatór ſic loqueretur, facile poſſet locū habere ſen-
58. tentia Dyni & Bartoli. † Et vt omnia ſuprà dicta clarius cōſtent. Item quia varijs modis vti teſtator poteſt in ſimili prohibitione, ideo ponā nōnullas concluſiones. Prima ſit, Si teſtator prohibeat bona alienari extra familiā ſine conſenſu eorum, tunc ex iſtis verbis cōceſſa eſt poteſtas vēdendi, ſi requiſiti fuerint illi de familia, & recuſauerint emere, & ad hoc facit optimum dictum Bar. in l. ſi cum dotem. §. eo autem tempore. Sol. matri. iunctis his quæ Iaſ. & Dd. tradunt in l. ex facto, in prin. ſupr. de vulg. & pup. & in l. ſtipulatio hoc modo cōcepta, vbi latiſsimè dixi de verb. oblig. Secunda ſit concluſio. Si teſtator dixerit, prohibeo te poſſe alienare extra familiam, & ſi volueris vendere, debes vendere illis de familia. Iſto caſu poteſt vendere extraneis prohibitus alienare, ſi denuntiatio præceſſerit, & ita procedat text. noſter ſecundùm noſtrum intellectum in d. §. cohæredes. item ſic procedat tex. in d. l. codicillis. §. inſtituto, infr. tit. 1. vbi Bar. expreſsè dicit in terminis illius text. Quod ſi illi fuerint requiſiti, & noluerint emere, quod tunc poſsit vēdere, & quod ſuprà

ſuprà diximus, Bart. ibi melius loquitur quàm in d. §. cohæredes. Tertia ſit concluſio, Si teſtator prohibet bona alienari extra familiam, non requiſitis agnatis, & tunc nulli dubium eſt prohibitos poſſe vendere extraneis, dummodo ſit facta requiſitio. Quarta & vltima concluſio ſit, Si teſtator prohiberet te poſſe alienare extra familiã ſimpliciter, & tũc vt ſuprà dictũ eſt, nullo modo operatur denunciatio, nec prohibitus poteſt vendere extraneis, ex quo inductũ eſt fideicõmiſſum, nec facienda eſt differẽtia Bart. an teſtator addat illa verba poſt prohibitionem, Quia volo bona mea manere in familia, quia illa verba ſic addita nihil operantur. Dicerẽ tamen, quod licet illa verba ſic addita nihil operẽtur, quantũ ad caſum iſtũ, producere tamen poſſent duos ſingulares effectus. Primus eſſet, vt quando addita fuerint illa verba prędicta, Quod nullo modo poſsit fieri alienatio etiã in caſibus ſpecialib. & fauorabilib. vt in terminis d. Auth. Res quæ. C. Cõmu. de leg. & in alijs ſimilib. caſibus, & adhoc in ſpecie adduco, Bal. ſic volentẽ in c. 1. §. donare. Quali. olim feu. pote. alie. vbi dicit ſic limitandã eſſe diſpoſitionẽ d. Auth. Res quę, idẽ voluit Cur. ſen. in cõſ. 66. nu. 19. ſeq. Alex. in cõſ. 23. col. pen. li. 1. Carol. Ruy.

in conſ. 147. col. 5. lib. 3. pro qua ſentētia optimè facit tex. in d. §. ſanctiſsimas, in Auth. de alie. & emphi. vbi apparet in ſimili, Quod quādo conſtat de teſtatoris voluntate, tunc bona conceſſa alienari non poſſunt alienari, & ratio eſt manifeſta pro hac ſententia, quia propter illa verba addita apparet de enixa voluntate teſtatoris, vt nullo modo, & in omnem euētum alienari poſſint extra familiā, quia dicitur eſſe duplex prohibitio, quæ ſic geminata debet operari per dictum Bart. in l. ſcimus. C. de agrico. & cēſ. li. 11. Regula, in l. baliſta, cum ſimilibus, infrà ad Trebell.

Secundus effectus eſſet, vt ſi quis ſit prohibitus alienare extra familiam, ac vlterius illa verba addantur; quod licet ſecundum magis communem ſententiam, de qua infrà dicam. Prohibitus alienare extra familiam, poſsit tamen hæredem inſtituere, teſtando ex venientibus ab inteſtato, quod iſto caſu nō procederet, nec poſſet veniētem ab inteſtato hæredem inſtituere, ſi non fuerit de familia.

Expeditis Notabilibus venio ad gloſ.

Gloſſa in verb. Cauſam, diuiditur in duas partes. Prima declarat tex. noſtrum, & iura adducit. In ſecunda notat in genere. Secunda eſt

ibi,

ibi: Et nota. Quantum ad primam partem ex tex. noſtro iuncto exemplo gl. videtur colligi. Quod forma tradatur à lege, cum lex omnino reſiſtat, & velit præceptum teſtatoris de bonis non alienandis eſſe nullū, ſi cauſa non exprimatur, quia lex reſiſtit actui, vt patet ibi: Nullius eſſe momenti, prout huiuſmodi verba tradunt formam, per ea quæ Dd. dicunt in l. 1. de verb. obl. Ergo ſequitur quod cauſa tacita nō ſit ſufficiens, † quia formæ nihil addi vel detrahi poteſt. Bald. in l. 2. C. de ſuis & legit. Dd. in l. 1. ſuprà de lib. & poſth. Et hoc eſſet contra ea quæ à Dd. recipiuntur, vt cauſa etiam tacita faciat validum teſtatoris præceptum, per gl. & Dd. ibi, omnes. in l. quoties ab omnibus. C. de fideicom. prout ſuprà in præmiſsis, & aliâs diximus: Tamen non eſt recedendum à Dd. communi ſententia. 59.

Gloſ. in verb. Reſpectu, declarat tex. Nam teſtator prohibendo bona alienari, qui cauſam non exprimebat, ſed nominabat perſonam, cuius intuitu hoc feciſſet. Si contrauentum fuerit, volo quod bona mea deueniant ad talem perſonam. Licet gl. nihil adducat, tamē poteſt adduci, l. 3. §. ſi quis legauerit, infr. de adi. leg. l. 1. C. de his quæ pen. nomine, & ſuprà diximus in 3.

Notab. Quod iſto caſu teſtator videtur ab vno adimere, & in alium transferre. hanc rationem, ſentit I C. in d. §. ſi quis ita legauerit, &c.

Gloſ. in verbo, Poſsint, diuiditur in duas partes, prout duas oppoſitiones habet ad tex. noſtrum. Secunda eſt ibi, Item contra. Quoad primam partem gl. ſoluit, vt hic latè per eam. In ſecunda verò oppoſitione gl. non ſoluit, ſed remittit ſe ad ea quę dicit in l. in contrarium adducta, vbi ſoluendo iſtud contrarium dicit hoc eſſe fauore affectionis, quā teſtator habebat ergà alumnum filium fratris, propterea præceptum de bonis non alienādis valet, licet cauſa expreſſa non fuiſſet adiecta. Bar. hic & ibi contrarium dicit, vt per eum. Magis mihi placet Sol. gl. & clarius dici poteſt, quod non tantùm præceptū de bonis nō alienādis eſt validū propter teſtatoris affectionē, verumetiā quia relictū factū fuit homini minus induſtrio, vt dicit ibi tex. ideo propter perſonæ qualitatē, cui facta erat diſpoſitio, cēſebatur facta alienationis prohibitio, & quod cautionē pręſtaret, ne alienaret dicta bona empta p ipſum, quia cauſa tacitè cōtinebatur, ne ipſe dilapidaret bona propter perſonę inhabitabilitatē, adhoc facit reg. vulg. vt verba ſemper intelligātur ſecundū perſonę qualitatē. l. plenū.

§. equitij,

§.equitij, cũ vulgaribus, de vſu & habita. Extra iſtas duas oppoſitiones Bart. ponit nonnullas alias oppoſitiones. Prima eſt de l. 2. C. de vſucap. pro empt. Bar. reſpõdet, † Quod licet prohibitio ſine cauſa nõ teneat quoad prohibitum, 60.
quia ipſe alienare poſsit cum erit perfectæ ætatis, tamẽ interim operatur vt tutores & adminiſtratores nõ poſsint alienare. Ratio per Bar. traditur, quia adminiſtratores nõ poſſunt minorũ fauori renũtiare. Iſta ratio nõ videtur procedere. Nã alia ratione prohibẽtur à lege tutores alienare abſq; decreto iudicis, & iuſta & rationabili cauſa, propterea Cum. & Alex. alio modo reſpõdebant. Quod ideo in d. l. 2. alienatio rerũ minoris de iur. cõmu. ſit ꝓhibita, præterq; in certis caſib. l. lex quę tutores. C. de admi. tuto. vnde ſi teſtator talẽ rẽ prohiberet alienari etiã ſine cauſa talis ꝓhibitio de iur. cõmu. valeret, dicebãt q; vbicũq; prohibitio legis cõcurrit, nõ poteſt fieri alienatio etiã in caſib. à iure ꝑmiſsis. d. §. ſanctiſſimas, facit dictũ Baldi ad hoc in c. 1. §. pręterea, de ꝓhibita feu. alie. † Quod quãdo vaſallus facit 61.
pactũ cum domino de non alienando, tunc non poteſt alienare etiã in caſib. permiſsis. Ratio eſt, ne pactũ illud ſit ſuperfluũ, d. §, ſanctiſsimas, vt ſup. diximus in exceptionib. ad tex. noſt. Vnũ tamẽ not. dicit Iaſ. hic poſt Are. in cõſ. 22. diligẽter

&

& mature,col.2.& 3. Quod tempore d.l.2. non erant prohibiti ſerui alienari, & aliæ res mobiles per tutorem,ſed quod hoc nouiter ſtatutum ſit,per d. l. lex quæ tutores. Rationem oſtendit, quia aliâs inepta fuiſſet dubitatio illius tex.in d. l.2. an tales ſerui venditi per tutorem, poſsint vſucapi,cum reg.iur.ſit: Res prohibita alienari nõ poteſt vſucapi,l.vbi lex,de vſucap. Iaſ.tamẽ hic dicebat reſponderi poſſe ad text. in d.l.2. Quod ibi erat res animata, ideo vt ſuprà cõcluſum eſt,non erat neceſſaria cauſæ expreſsio, per tex.in d.l. generaliter.§. ſi petitum,de fideicom. libert. Secunda oppoſitio Bar. eſt de l.3.§. ſi quis ita,de adi.leg.Bar.reſpondet, vt hic per eũ, & ſuprà declarauimus, quod ille tex. loquatur, quando prohibitio fit reſpectu certæ perſonæ, cui in euentum alienationis factum fuit fideicõmiſſum. Tertia oppoſitio Bar.eſt de l.generaliter.§.ſi petitum. Reſpondet Bar. vt proximè dixi, quod ibi erat res animata, & Bar. infert:
62. † Quod ſi Baro vel Comes prohiberet vaſallos alienari,nec cauſam exprimeret, præſumeretur cauſa affectionis, & cõmoditatis erga vaſallos ſuos, ne duriorem dominũ forſan experirentur. Ratio eſt, quia iſta prohibitio nõ ſolùm prouenit ex teſtatoris præcepto, verùmetiam de iure

communi,

communi, cum dominus nõ poſsit vaſallos inuitos alienare, c. 1. §. eadẽ, de lege Corradi, cum ſimilibus. † Hoc tamen declararem verum eſſe 63. in inferioribus principibus, ſecus in ſupremis, vti Cæſare, quia hi poſſunt ad eorum libitũ diſponere. Nam, vt ſuprà dictum eſt, in his quæ ſunt iuris poſitiui ſemper præſumitur cauſa iuſta & rationabilis in principibus, gl. in l. relegati, cum pluribus ſuprà adductis de pœnis, & ita aliâs vidi in facto obſeruari, dum Romæ eſſem, in quadam cauſa Imolenſi caſtr. Duciæ. Non omitto tamen quod tex. in d. §. ſi petitum, non dicat expreſsè dominum non poſſe alienare, ſed aliud ibi exprimitur, quod alíam rationem habuerit teſtator, nõ negat tex. quin dominus poſsit res animatas alienare in quemcunq; dominum. Non omitto quoq; circa Bart. illationem, quod non ſolùm non tenebit alienatio vaſallorum, ſi ſine eorum conſenſu facta fuerit, verumetiam dominus proprietate priuaretur, vt gl. ſentit in d. §. eadem, & ibi Iſer. & alij. Latè Fely. in c. dilecti, ext. de maio. & obed. Et vnũ ſingulare ponit Bald. in l. ex hoc iure, col. 2. verſ. Secundo quæritur, de Iuſ. & iur. Quod licet vaſalli nõ poſsint expellere dominũ ſuum eos intolerabiliter opprimẽtem, tamen interim

i non

non tenent obedire, in fortioribus terminis vo-
64. luit Thomas Aquin. in 2. ſentẽtiarum, † in arti-
culo penul. licitum eſſe & meritorium domi-
num ſuum interficere, quando iniuſtè & into-
lerabiliter ageret cum ſuis vaſallis. † Iſtud di-
ctum Thomæ non recipitur, durum quidẽ eſt,
licet nõnulla exempla adduci poſſent de facto,
in quibus vaſalli dominum ſuum interfecerũt,
vt nouiſsimè contigit in duce Parmẽſi, & Pla-
centino, aliâs contigit in Comite Pituliani, qui
à ſuis ſubditis interfectus fuit. Sed, vt dixi, di-
ctum Thomæ non eſt iuridicum, quia ſubditi
debent parêre dominis ſuis, & habẽt remedium
reclamandi ad ſuperiorem principem & non
propria authoritate ius ſibi dicere, idem voluit
expreſsè Auguſtinus Anconitanus in tracta. de
poteſtate eccleſiaſtica, quæſtione quarta, arti-
culo 3. verſ. Omnia autem, & ita contrarium
concluſum fuit contra Thomã in cõcilio Con-
ſtantienſi, prout refert Brixienſis in Repertorio
ſuo, in verb. Tyrãnus, idem dicit Curtius in tra-
ctatu feuda. in ſexta parte, Quibus ex cauſis do-
minus proprietate priuetur.

65. † In gl. in verbo, fiſco, gl. declarat, quod hoc
procedat ex quacunq; cauſa ſit debitũ, vel quia
debebat prǫſtare tributum fiſco, vel ex qualibet
cauſa,

cauſa ſcilicet lucratiua, vt puta ex delicto vel ex alia cauſa. Iſtud dictum, vt diximus quoq; in notabil. debet intelligi quando debitum eſſet de prẹterito, & hoc circa delictum. Sed in cauſa tributorum, ſiue de præterito, ſiue de futuro, quia ſemper remanent bona obligata fiſco, & non obſtante prohibitione, bona prohibita alienari, alienantur fauore fiſci, quia fiſcus & dos æquiparantur, gl. & Dd. in l. 2. C. de priuileg. fiſci. Sed pro dotis cauſa bona prohibita alienari poſſunt, d. Auth. Res quæ. C. Communia, de leg. Ergo eodem modo fauore fiſci. Sed dubium eſſet, licet Dd. hic pertranſeant, an tex. noſter procedere debeat in delictis de futuro ſimpliciter. Vel ſi teſtator caueret expreſsè in prohibitione, vt bona ſua non poſſent alienari propter quamcunq; cauſam & delictū ſuorum hæredum, præſertim ſi faceret mentionem de crimine læſæ maieſtatis, vel alterius publici delicti deteſtabilis, Dd. videntur inclinare. Prohibitiones factas hoc modo valere & tenere, vt teſtatoris voluntas ſeruetur, vt per textum noſtrū hic facit d. l. cum virū. C. de fideicom. l. 4. C. de lib. præteri. l. in cōditionibus primum locum, infr. de conditi. & demonſt. Sed videtur quod talis prohibitio non debeat valere, maxi-

me quando expreſsè cautum eſt de crimine lęſæ maieſtatis, & ita Ruy. hic Fabiusq́ꝫ Narnienſis dubitare videntur. Nam inficiari non poſſunt, quin teſtator ſic diſponendo diſponat, quia ſuſpicatur de pœna imponenda. Ergo videtur quod talis diſpoſitio facta fuerit in fraudem fiſci ad euitandam pœnam, l. ſi aliquis, de donat. cauſ. mor. l. 1. §. ſi maritus. Qui & à quib. Bal. in Rub. C. de reuoc. his quæ in fraudem creditorum, & in auth. Sed cum neceſſe. C. de donat. ante nup. Ferrari. in practica ſua, in libello de reali, & ſic in fraudem fiſci. Confirmari poteſt vrgenti ratione iſta ſentẽtia, Nam ſi valeret huiuſmodi alienationis prohibitionis ſpecies, ſequeretur vnum abſurdum, quod quis inuitaretur ad delinquendum, quod non eſt concedendũ. l. conuenire. C. de pact. dotal. l. ſi vnus. §. il-
66. lud, cum ſimilib. de pact. † Tandẽ Ruy. & Fab. hic ſequũtur partẽ affirmatiuam, & vltra adducta per Ruy. Fabius mouetur nõnullis argumẽtis, Primò ꝑ doctrinã Bar. in l. ſi quis in tãtam, nu. 11. C. vnde vi. præſupponendo in quæſtione noſtra, quod prohibitio facta fuerit alterius intuitu & contemplatione quàm prohibiti delinquentis, & ita Bar. ibi diſtinguendo dicit: Quod ſi fauore alterius facta fuerit prohibitio,

bona

bona non poſſunt publcari. Item mouetur per authoritatem Alex. in conſ.23. prima conſideratione, col.3. verſ. Quartò, pro deciſione lib. 1. Item mouetur ratione. Nam ex quo teſtator de bonis ſuis diſponebat lege permittēte, cum quilibet in re propria ſit moderator & arbiter. l. in re mandata. C. mand. confirmatur hoc maximè in teſtamentis per d. l. ex facto, in princ. ſuprà de vulg. & pupil. d. l. non vſq; adeo. Si quis à par. fue. manu. Ideo ſequitur quod pœnam non mereatur, l. Gracchus, cum vulg. C. de adulte. accędit quoq;: Nam teſtator ſic diſponēdo non propterea conſiderari poterat ſuſpicio aliqua delicti futuri ante delictum commiſſum, maxime, cum fiſcus nec re nec ſpe erat creditor. Ideo non poſſumus conſiderare, quod talis diſpoſitio teſtatoris fuerit facta in fraudē fiſci, ex quo transferebat in alium. Item pro hac ſententia facit, Quod quis non debet decipi ſub clypeo legis, l. 1. C. de his qui veni. æta. impe. Sed quãdo teſtator ſic diſponebat, nolebat bona ſua applicari fiſco, ſed alios vocabat, ad quos ventura erant bona. Itē facit pro hac ſententia: Debemus recedere ab iſta ſuſpicione fraudis, quia in perpetrando delicto quælibet cauſa ſiue iuſta ſiue iniuſta nos excuſat, l. igitur. §. 1. de libe. cauſ.

Vltra prædictos pro hac ſentẽtia videtur optimè facere tex. in l. Imperator, de fideicom. liberta. vbi expreſsè dicit text. Quod ſi bona ſint prohibita alienari, non poſſunt obligari ex prohibiti delicto, & ibi Bart. expreſsè not. illum tex. Quod facta prohibitione per teſtatorem, bona non ſunt publicanda per fiſcum. Itẽ quia videmus iura quæ ſic diſponunt, vt quæ non poſſunt transferri in extraneum, non poſſunt quoq; in fiſcum transferri, qui loco ſucceſſoris habetur, l. libertorum, & ibi Bart. de iur. patro. idem Bar. in l. vt iuſiurandi. §. ſi liberi, de oper. libert. facit tex. in l. ſi quinque, de bonis damna. l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus, de damna. infect. & ibi Bar. & iſta communis ſententia eſt, pro qua vltra authoritatem Alex. in d. conſ. 23. adduco Soz. in conſ. 121. Præmittenda eſt, col. 4. verſ. Tertia ratio, lib. 4. hoc idem voluit Soz. iunior in conſ. 77. Iam quinque vel ſex menſibus, num. 11. lib. 2. & in conſ. 49. In cauſa nobilium, lib. 3. vbi latiſsimè hoc tradit. Et hãc ſententiam tenendo reſpondetur ad contraria, & primò ad tex. in d. l. ſi aliquis, reſpondetur ibi per Fabium, quod ille tex. procedat, quando diſponens propoſuerat delictum perpetrare, & ita illum textum videtur intelligere Bart. in l.

poſt

poſt contractum capitale, de dona. in fine. Vel ſecundò reſpondetur, quod ille tex. loquatur in donatione cauſa mortis, quo caſu licet facta eſſet ante delictum, ex quo tamen recipiebat validitatem & robur poſt mortem donantis, non mirum eſt, ſi valet, Confirmatur, ſicut teſtamentum etiam morte confirmatur, c. cum Martha, de celebratione Miſſarum. Et iſta reſpõſio Saly. mihi magis placet quàm Bar. quę eſt diuinatiua ad d. l. ſi aliquis, & ideò non eſt tenẽda arg. l. ſi putator, ad l. Aqui. Item tex. in fine videtur contrarium ſentire, cum dicit: Cæteræ donationes valent, cùm ſine ſuſpicione, &c. Ergo probatur quod in primo dicto non erat ſuſpicio aliqua, ſed ideo reuocatur donatio; quia habebat effectum ſuum poſt mortem donantis, vt dictum eſt. Imol. autem reſpondet aliter, quod ille text. loquatur, quando ſententia lata fuiſſet ſuper crimine, & poſtea facta fuit donatio, hoc eſt cõtra illum tex. Non obſtat etiam ratio noſtra, quia reſpondetur, quod illa regula d. l. conuenire cum ſimilibus procedat, quãdo quis directè inuitatur ad delinquẽdum, ſecus ſi per indirectum, & à remotis, quia tunc non procedit dicta regula, & ita Iaſ. poſt alios dicit in l. ſi vnus. §. illud, de pactis.

†Circa

67. † Circa hãc quæſtionem vt clarius appareat veritas,& omnia ſimul reconcilientur, diuidam illam in plures concluſiones, quia iſta materia eſt quotidiana. Prima ſit, quod aut teſtator prohibet hæredes ſuos alienare bona, quia voluit ea ſemper manere in familia, vel quia inter eos iniunctum erat fideicommiſſum viciſsim, vt in terminis. l. peto. §. fratre, & l. cum pater. §. libertis, infr. tit. 1. Et hoc caſu ſi vnus delinquit propter cuius delictum bona ſunt publicãda, tunc nullo modo prohibiti bona confiſcarentur, immo ad alios ſpectare deberent, cum fideicommiſſum non vnius ratione factũ fuiſſet, ſed omnium qui de familia ſunt, & iſto caſu non loquitur tex. noſter cum alijs iuribus ſuprà adductis, ſed procedit tex. in l. Imperator, & ibi Bar. expreſsius per illum tex. de fideicom. liberta. & tex. in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus, de dam. infec. Et ita procedit dictum Alex. in præalleg. conſ. 23. idem voluit ante Alex. Rom. in conſ. 247. Are. in conſ. 14. viſo & diligenter, col. 6. Ang. Are. in tract. maleſi. in verb. Et eius bona publicamus. Hipp. de Marſ. in l. fin. de iuriſ. om. iud. col. 28. Et hæc eſt Dd. communis ſententia, quæ in praxi ſeruatur, & ego pluries vidi obſeruatum fuiſſe. Vltra prædicta adduco Hiero.

Hiero.de Gigantibus,in ſuo tract. de crimi. læ- ſæ maieſt. in quæſt.principali,de pœnis eorum qui cõmiſerũt crimen læſæ maieſta.in 3.quæſt. vbi pro hac communi ſententia adducit Ma. Soz.iuniorem in conſ. 154. lib.2. quẽ nos quo- que adduximus ſuprà in notabilibus. Et fun- damentum communis ſententiæ eſt in d. l. Im- perator,& ibi per doctrinam Bar.

Secunda concluſio eſt. Si teſtator non pro- hibuit hæredes alienare, ſed ipſe prius delique- rat,antequam feciſſet talem prohibitionem, & facta erat condemnatio,& tunc non valebit di- cta prohibitio, quia fiſcus poteſt occupare bo- na non obſtante prohibitione teſtatoris,iuxta diſtinctionem tex.in l. poſt contractum, de do- natio. Ratio eſt, quia talis prohibitio facta vi- detur in fraudẽ fiſci. Ideo nullius momenti eſt, & in hoc conuenit tex.noſter.

Tertia concluſio eſt. Si teſtator inſtitueret aliquos hæredes, & eos rogaret reſtituere hæ- reditatem poſt obitum eorum, vel ſub qualibet alia conditione, tali caſu,ſi hæres inſtitutus de- linqueret,vt bona ipſius publicẽtur, tunc fiſcus retinere poteſt dicta bona donec ille hæres ro- gatus reſtituere ſuperuixerit,& hoc modo pro- cedat tex.in l. Statius Florus.§.Cornelio Felici,

 de iur.

de iur.fiſci,& tex.in l.cum pater.§.hęreditatem, infrà tit. 1. Et iſta eſt deciſio ſingularis in d.§. Cornelio,vt Dd.omnes dicunt, & ideo ſi præmoriretur fideicommiſſarius ante obitum condemnati,perpetuò retineret dicta bona, & hoc ſentit tex.in d.§.Cornelio Felici.

Quarta concluſio ſit, quod ille qui deliquit erat vſufructuarius ad vitã, & poſt ipſius obitum res debebat conſolidari cum proprietate, tunc debet expectari mors illius vſufructuarij, & interim fiſcus non poteſt percipere,ita Bald. & Saly.dicunt in l.1.C.de bon.libert.& mouebantur ratione, quia tunc non agitur de mero iure perſonali, & ideo non tranſit in alium. Contrarium autem vult præd. Hieronymus de Gigantib.in præalleg. loco,vt fiſcus poſsit retinere vſumfructum dictorum bonorum,& adducit in argumentum dictum And. de Iſernia, in c. 1. § præterea, quæ fue. prima cau. bene. amit.vbi dicit,quod licet bona feudalia nõ poſſint confiſcari,tamẽ donec ſuperuiuat condemnatus poteſt fiſcus percipere fructus, ad idẽ adducit Caſt. in l. inſulam,in princ. ſuprà Solut. matrimo. Et hanc partem credo veriorem eſſe, pro qua optimè facere videtur tex.in d.§.Cornelio Felici,vbi expreſsè dicitur fiſcum poſſe retinere

tinere

tinere bona donec condemnatus ſuperuixerit, & eadē ratio videtur in vſufructuario, ſicut in hærede inſtituto rogato reſtituere hæreditatem poſt mortem illius.

Quinta concluſio ſit. Vt ſi ſumus in bonis, quæ ſui natura non poſſent transferri in aliam perſonam, veluti emphiteutica, feudalia, tunc illa bona nō poſſent publicari propter alicuius delictum, de bonis feudalibus eſt tex. in c. fin. Si de feu. fue. contro. Notatur latè per Dd. in l. ex facto, in fine, infr. ad Trebell. Latè Alex. in d. l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus, de dam. infect. & propterea ſingulariter infertur, vt ſi in aliqua prouincia conſuetudo eſſet, vt bona feudalia publicari poſſent, prout in Gallijs conſuetudo eſt, teſte Fabr. in §. item Seruiana, in §. fuerat. Inſt. de action. quod aſſerit etiam Decius in conſ. 680. In cauſa feudali, col. 1. lib. 5. & in conſ. 208. Ad clariorem declarationem lib. 2. tunc iſto caſu bona poſſent prohiberi publicari. Notandum eſt in hoc caſu, quod in bonis feudalibus antiquis, teſtator non poteſt aliquam legem imponere, ex quo ſpectant ad agnatos, & ideò filius poteſt parentis hæreditatem repudiare, & feudum retinere, quia ius acquiſitum fuit omnibus natis & naſcituris

 tempore

tempore inueſtiturę in perſona primi authoris, & non in mei patris perſona. Hoc dictum ſingulare eſt Fulgo. in l. quoties. C. de fideicom. & Iaſ. ibi dicit: Menti eſſe tenendum, & digito ſignandum, idem vult Ioan. de Anan. in conſ. 47. prout ſuprà latè diximus. Secus ſi nouum feudum eſſet, quia tunc non poſſem patris hæreditatẽ repudiare, & feudum retinere, ex quo prouenerunt ex prouidentia paterna.

Sexta & vltima concluſio ſit. Si teſtator in ſuo teſtamento inſtituendo filium, vel extraneũ ſpecialiter dilexerit prohibendo bona ſua alienari, ne bona vllo pacto propter alicuius delictum publicentur, ad hoc vt bona maneant in familia, & iſto caſu ſeruanda erit voluntas teſtatoris, quia talem legem teſtator in ſuo teſtamento apponere potuit arg. tex. noſtri hic, facit optimè tex. in d. §. ſanctiſsimas inducẽdo, vt ſuprà latè diximus. Neq; obſtat huic concluſioni, quod hæredes inuitentur quodammodo ad delinquendum contra d. l. conuenire, quia reſpõdetur, vt ſuprà dictum eſt, quod occaſio delinquendi non venit directè & immediatè, ſed à remotis, & etiam poſſunt dicti hæredes delinquentes puniri in perſonam.

Expeditis notabilibus & gloſsis omiſsis cõ-

mentarii-

mentarijs, Bar. circa ipſius ordinem, quia Dd. confuse tradunt hanc materiam, nos methodice illam explicabimus, & per quæſtiones facilius apparebit materia iſta ſingularis noſtri §. Prima quæſtio ſit; Quid veniat ſeu contineatur appellatione alienationis. Secunda quæſtio erit, Quid veniat ſub nomine familię. Tertia ſit: Quibus caſibus cōceſſum ſit alienare res prohibitas alienari. Quarta, quot modis fiat prohibitio. Quinta, quāto tempore duret prohibitio. Sexta, an facta alienatione dominiū transferatur. Septima & vltima, an in prohibitione rerum prohibitarum alienari currat præſcriptio.

† Quoad primam quæſtionem præmittendum eſt, Quod alienationis prohibitio prouenire poteſt ex tribus cauſis: aut à lege, vel à teſtatore, vel ex pacto contrahentium. De prima cauſa plura exempla poni poſſent in re ſacra, publica, & ſimilibus, quarum rerum nullum cōmercium eſt, nullus contractus, l. inter ſtipulantem. §. ſacram, de verb. obl. A teſtatore, prout loquitur tex. §. noſtri. De tertia cauſa habetur in l. ea lege, de conditi. ob cauſ & de iſtis tribus cauſis loquitur Imp. in l. fin. C. de reb. alie. non alie. 68.

 † Quantum

69. † Quantum ad materiam §. noſtri, qui loquitur in prohibitione facta in teſtamento, appellatione alienationis venit venditio, donatio, vſusfructus, hypothecæ, pignorisue obligatio, ſeruitutum conſtitutio, concesſio in emphiteoſim, prout hos caſus enumerat Imp. in d. l. fin. C. de reb. alie. non alie. idē tradit ſummus Pontifex in c. nulli, ext. de reb. eccl. non alie. & vt generaliter habeatur materia iſtius verbi, Alie-
70. nationis, ponatur regula: † Quod ſi quis prohibitus ſit per teſtatorem alienare bona, cenſeatur prohibitus omnes actus ſeu contractus facere, per quos deuenitur ad dominij translationē, vt dicit tex. in l. prima. C. de fund. dota. Item verbū, alienationis, porrigitur, vt quis nō posſit cōſentire vſucapioni nec prçſcriptioni, l. alienationis verbo, de verb. ſig. necq; nō vtēdo ſeruitutē amittere d. l. alienationis. Continetur quocq; hæredis inſtitutio, vt dicit tex. in d. l. peto. §. fratre, infr. tit. 1. Quomodo autē hoc procedat, inf. loco ſuo dicā. Intelligitur etiam prohibita præſcriptio, & locationis contractus perpetuus, d. l. fin. veluti contractus emphiteuticus. Intelligitur quoque prohibita cōfiſcatio propter prohibiti delictum, d. l. Imperator, & ibi Bar. no. de fideicom. liberta. Alex, in d. cōſ. 23. & latisſimè

ibi

ibi dixi. † Item qui eſt prohibitus alienare,non 71.
poteſt compromittere ſeu trãſigere,c.cum tempore,vbi Butr.& alij,ext.de arbit.Et not.in l. ſi profundo. C. de tranſact. Bal.in conſ. 41. & in conſ.95. lib.6. Decius in conſ. 283. col. 3. poſt medium verſ. ergo ſequitur,lib. 3. Crauetta in conſ. 297. quanquam, nu.7. lib. 1. & ijdem dicunt in rebus alienari prohibitis locum nõ eſſe compromiſſo,& ibi Io.And.voluit, iurãtes nõ alienare inconſulto pontifice,iuxta c.ego de iureiu.nõ poſſe compromittere,& ratio eſt,† quia 72.
per compromiſſum ſeu tranſactionem deuenitur ad dominij translationem, d.l.1.C.de fund. dot.d.l.fin.C.de reb. alie.non alie. & ita in ſpecie voluit Rom.in conſ.175.Dictum vltimum, col.2.& in conſ.363.Circa primum,col.4. Lapus allega.3.Latè pręceptor meus,in conſ.300. col.1.li.2.& in conſ.475.nu.41.li.4. Et in effectu regula procedit, vt omnes actus cenſeantur prohibiti, per quos dominium transfertur, & hoc procedit,ſiue directum dominiũ, ſiue vtile trãsferatur.Nam per contractũ emphiteuticum transfertur vtile dominiũ,l.1.§.qui in perpetuũ, iuncta gl. in verb. Domini. Si ager vectig. vel emphi.peta.hoc idem locum habet in feudi cõceſsione,per quod dominium vtile transfertur,

d.c.

d.c.nulli, & ibi Dd. vt qui ſit prohibitus alienare, nõ poſsit dare in feudum, ita Dyn. & poſt ipſum Bar. volunt in d.l. codicillis. §. inſtituto,
73. infra tit. 1 † Fallit tamẽ hoc in nota. caſu quando feudi conceſsio eſſet facta ex cauſa remunerationis, tunc tali caſu qui eſſet prohibitus alienare, non cẽſeretur prohibitus dare in feudum.
74. † Nam qui dat ſeu donat ex cauſa remunerationis, non propriè & merè donare videtur, prout eſt tex. iuncta gl. ibi in verbo, Non etiam, in l. Aquilius Regulus, aliàs Attilius de donatio. & ita in ſpecie hoc dicit Bald. in l. cum multa. C. de bon. libert. Cuius dictum habet in ſe rationem. Nam vt dictum eſt, qui donat ex cauſa re-
75. munerationis, non dicitur donare. † Nam ille dicitur propriè donare, qui nullo iure cogente facit, l. donari videtur, de dona. Sed ille qui donat ex cauſa remunerationis tenetur ſaltẽ natu-
76. raliter. † Nam natura dictat vt benefacienti benefaciamus. l. ſed ſi lege. §. conſuluit, cum ſi-
77. milibus, de pet. hær. † Iuxta prædicta quærendum eſt acceſſoriè, An ſi prohibita fuerit alienatio per teſtatorem, cenſeatur prohibita locatio, & in hac quæſtione prima facie dicendum videtur, quod non ſit prohibita, & de hoc videtur eſſe caſus in d.l. codicillis. §. inſtituto, & ibi gl.

gl. expreſsè dicit, quod appellatione alienationis non contineatur locatio, ad idem facit tex. in d. c. nulli, dū vult, quod appellatione alienationis non cōtineatur locatio. Ad idē facit tex. in d. l. fin. C. de reb. alie. nō alie. & clarius apparet per tex. in c. per audientiam, ext. de reb. eccl. non alie. ibi, In perpetuum locauerit. Ergo ſim- 78.
plex locatio ad tempus non videtur prohibita. Tu autem in hac quæſtione diſtingues nonnullos caſus, & primus ſit: Quod ſi loquimur de locatione perpetua, tunc non eſt dubium, quin appellatione alienationis contineatur perpetua locatio, vt in ſuprà dictis iuribus apparet, ratio manifeſta eſt & ſæpius adducta, quia tali caſu transfertur dominium vtile, ergo contineri debet iſte caſus per d. l. 1. C. de fund. dota. d. l. fin. C. de reb. alie. non alie. Nec obſtat gl. in d. §. inſtituto, quę extendebat illum tex. ad cētum, ſeu mille annos, quia illa gl. cōmuniter reprobatur, & pauci eam ſequuntur, vt infr. dicam. Aut loquimur ſecundo caſu de locatione ad lōgum tempus, vtputa ad vitam hominis, & tunc eodem modo dicatur, quod qui eſt prohibitus alienare, cenſetur etiā prohibitus locare ad longum tempus, id eſt, vitam hominis, faciūt nota. per Bar. in l. iuriſperitos, in princ. de excuſati.

l tuto.

tuto. & in l. ſufficit, de condicti. indeb. Quod id quod conceditur ad beneplacitum; licet ad nutũ ipſius concedẽtis reuocari poſsit, tamen perpetuum reputatur. Sic in caſu noſtro cenſetur facta locatio perpetua, quando ad longũ tẽpus fit, quia vita hominis extẽditur ad centũ annos. l. fin. C. de SS. eccl. prout ibi Bald. Saly. & Alber. dicunt, Are. in conſ. 111. Alex. in cõſ. 1. li. 1. Panor. per illũ tex. in c. ad audientiã, reprobando, gl. in d. §. inſtituto, cum gl. apertè dicat contra Leges, & in terminis iſtis cõſuluit preceptor meus in conſ. 204 in principio lib. 1. vbi plura adducit, pro quorum ſentẽtia optimè facit text. in l. 1. pro ſocio, vbi I C. interpretatur ſocietatem factam perpetuò durare vſque ad vitã hominis, ita huiuſmodi locatio ſic facta interpretari debet, & per conſequens cenſetur prohibita, ad idem pro hac ſententia facit tex. in d. l. fin. C. de reb. alie. non alie. vbi appellatione alienationis continetur dotatio vſusfructus, qui concedi ſolet ad vitam hominis, morte enim finitur vſusfructus. §. finitur. Inſtit. de vſufr. † Aut locatio facta eſt ad decennium, non ad vitam hominis, & tunc Dd. omnes volunt appellatione alienationis contineri iſtum cõtractum hac ſolum ratione, † quia decennium reputatur lon-
79.
gum

gum tempus,ſic voluit Accur.in l.3.Si ager vectig.vel emph.peta. Cuius opinionem ſecutus eſt Bar.in l. 1. §. quod autem, de ſuperfici.& in *iſtis terminis* ſecutus eſt Bald.in l.iubemus,col. 3.C.de SS.eccl. vbi atteſtatur ꝙ ita de conſuetudine ſeruetur, cuius dicto ſtandum eſt. Nam vt Bar. voluit in l.de quibus, de legib. † excel- 80.
lenti Doctori atteſtāti de conſuetudine credendum eſt,& ideo videmus cōmuniter obſeruari, quod quando fiunt contractus à perſonis prohibitis alienare, vtputa à prælatis eccleſiarum, quod ſemper locationes de nouēnio ad nouennium fiāt,non ob aliam rationem, quia facta ad decennium ſapit alienationem, quo caſu prædictæ perſonæ non poſſunt,per totum titulum, ext. de reb. eccleſ. non alie. & hanc ſententiam ſecuti ſunt plures, ſcilicet Butr. in c. fin.ext.de reb. eccl. non alie. Card.Flor. in Cle. 1.§.fin. de reb. eccl. non alie. & hanc ſententiam de conſuetudine ſeruari atteſtatur Alex. in conſ. 17. col. 2. lib. 4. Cor. in conſil. 293. col. 3. num. 20. lib. 1. Decius in conſil. 204. lib. 1. Nouiſsimè Iaſ. in conſ. 29. col. 2. lib. 1. Et iſta ſententia non habet contradictorem. † Ve- 81.
rùm ſalua pace tot doctiſsimorum virorum in puncto iuris contrarium verius eſſe videtur.

Nam Dd. ſentētia duntaxat ſuffulta eſt authoritatibus, non legibus, nec rationibus, & vide-
82. tur aduerſari textui † in d.§. inſtituto, & videtur facta eſſe maxima reſtrictio ad illum tex. cum I C. ibi indiſtinctè abſq; vlla præfixione temporis cōcedit prohibito alienare, vt locare poſſet, & reſtringere illum text. ad decem annos eſt vis, cum tex. generaliter loquatur, & ideo generaliter intelligendus eſt, l. 1. §. generaliter, infrà de leg. præſt. l. non diſtinguemus, cum ſimilib. de arbitr. Et propterea non mirum eſt, ſi gl. ibi ſumit argumentum ex illo tex. vt locatio valeat facta à prohibito alienare non ſolùm ad cētum, ſed & mille annos, quod tamē mihi non placet, quia in tam longiſsimo tempore trāsferreretur dominium, nec remaneret ſimplex contractus locationis, pro hac ſententia facit quoq; text. in d. c. nulli, & maximè in d. c. ad audientiam, ibi, In perpetuum. In quibus iuribus apparet perpetuum contractum locationis cōtineri appellatione alienationis, non autem ad decennium,
83. & licet dictio, † perpetuū, verificetur pluribus modis, tamen non verificatur in decennio, vt Bart. & alij dicunt in l. 1. pro ſocio. Licet Bart. ſit ſibi contrarius, in l. 1. §. quod autem de ſuper-
84. ficie. Facit quoq; viua ratio: † Nam locatio ſui

na-

natura non immutat, nec transfert dominium, l.non ſolet,Locati.quem tex.d.gl.fin. in d. l. 3. adducebat, ad idem eſt tex. in l. qui rem propriam.C.eod.titu. quia ita demum alienationis verbo venit locatio, quando dominium transfertur d.l.1.C.de fund.dota. Sed vt dictum eſt, locatio non transfert dominium. Ergo non cõtineri debet appellatione alienationis. Nec obſtat tex.in d.§.qui in perpetuum,cum l. ſequenti,& ſubſequenti,d.l.1.§.quod ait de ſuperficie, in quibus iuribus datur actio in rem. quæ præſupponit dominij translationem, vt non poſsit competere rei vendicatio, niſi præſupponatur dominium,l.in rem,de rei vend.l,vnica,cum ſimilib.C.de alie.iud.mu.cau.fac. Nam reſpondetur prædicta locum habere, quando locatio aſſumeret contractus emphiteotici naturã, veluti quia facta fuiſſet perpetuò, vt patet in dictis iuribus,quo caſu dominium vtile translatum eſt. Non mirum eſt, ſi iudicatur diuerſus contractus, & per conſequens alienatio, quod ſecus eſt, quando locatio fit ad decennium, & poſſemus dicere bene cõtractum locationis iudicari perpetuò, quãdo ad triginta vel quadraginta annos facta fuiſſet, tunc iudicari poſſet contractus perpetuus.

85. Secundò ſucceſsiuè quæritur de nota. Quæſtio eſt,† An prohibitus alienare cenſeatur prohibitus dare rem in emphiteoſim vel in feudũ, quę eſſet ſolita concedi in dictos vſus, & prima facie abſque difficultate dicendum videtur ex ſuprà dictis, prohibitum alienare non poſſe dare rem in emphiteoſim vel in feudũ, & hoc per tex. vbi caſus, in d. l. fina. C. de reb. alie. non alie. vbi appellatione alienationis continetur contractus emphiteuticus, idem dicitur in c. nulli, d. c. ad audientiam, ext. de reb. eccle. non alie.

86. † Contrarium dicendũ eſt, quod iſto caſu prohibitus per teſtatorem, poteſt concedere talem rem ſolitam concedi in emphiteoſim vel in feudum. Ratio eſt, quia iſto caſu non dicitur alienatio, ex quo ſolita erat res concedi in feudum vel emphiteoſim, ita Corn. dicit in cõſ. 93. col. 2. lib. 1. qui ad hoc nihil adducit, tamen pro hac ſententia nonnulla adduci poſſunt. Nam in iſtis terminis, vt dictum eſt, nulla cenſetur alienatio propter conſuetudinẽ, quia res ſolitę erant concedi ad iſtos vſus, propterea ceſſare videtur ratio prohibitionis, ideo ceſſat prohibitio, l. adigere. §. quamuis, de iur. patro. & ad hoc adduci poteſt optimus tex. vbi Bar. expreſsè in l. tutor rerum, ſuprà, de adminiſt. tuto. vbi probatur, ſi

venditio

ſi vēditio facta eſt à tutore cum decreto iudicis, & venditio nō ſortita fuerit effectū, quod ipſemet tutor poteſt retinere rē venditā pro ſe abſq; decreto iudicis. Neq; obſtat quod tutor nō poteſt eſſe ſibi author in rebus pupilli, l. 1. l. pupillus. §. item, ſupr. de autho. tuto. Quia ex quo eſt antiqua emptio & non noua forma quæ requiritur in alienatione rerū pupillariū cum decreto iudicis non eſt neceſſaria, ſicut ſi eſſet noua venditio, ad idē facere videtur in l. pupillorū. §. ſi pupillus, de reb. eorū, vbi Bal. per illū tex. dicit, Quod eccleſia quæ obligauit prædiū creditori cū decreto epiſcopi, creditor poteſt illam rē reuēdere abſq; aliqua ſolēnitate iuris, ſatis eſt quod ſemel forma interuenit, & ita per prædicta iura aliâs in l. ſciendū. de verb. obl. dicebā limitādo regulā illā, quod ſolēnitas extrinſeca nō præſumit. l. quęcūq;, in fin. de publici, cū ſimil. vt locū nō habeat in reb. ſolitis alienari. Sic ergo in caſu noſtro dicendū eſt, ꝙ ex quo res ſolita eſt in feudū vel emphiteoſim dari, ceſſare debet prohibitio, & in terminis feudi ſic voluit Iſer. in c. 1. Qui feu. dare poſs. idem vult Imo. in l. quod dicitur, col. fin. de verb. obl. Curt. iunior in tract. feud. in quęſt. 4. in 2. parte, & facit regula quæ ſolet cōmuniter adduci ad hoc, † Quod 87.
res facta ſemel alienabilis, ſemper remanet alie-

nabilis, vt eſt caſus in l. pater filium. §. quindecim, infrà eod. titu. 2. & hoc modo limitatur & declaratur d. l. finalis. C. de reb. alie. non alie. d. c. nulli, d. c. ad audientiam, vbi, vt dictum eſt, appellatione alienationis venit contractus emphiteuticus, quia illa iura locum non habent in rebus ſolitis alienari, ad hoc optimus textus eſt in extrauaganti Pauli ſecundi, vbi diſponitur nulli licitum eſſe alienare bona eccleſiaſtica inconſulto Pontifice, tamen ipſemet Pontifex excipit res ſolitas alienari, non ob aliam rationem quàm ſuprà dictam. Si verò eſſemus in noua conceſsione, tunc tex. in d. l. fin. d. c. nulli, cum alijs iuribus locum haberent, & ita pluries vidi obſeruatum fuiſſe facilius principes poſſe dare bona in feudum, quando ſolitæ ſunt concedi, quia tunc non dicuntur alienari, & ita noſtris temporibus vidimus ſic factum fuiſſe per Pontificem de Ducatu Camerini, qui pluribus conceſſus fuit, nec propterea dicitur factum eſſe præiudicium eccleſiæ, ex quo ſemper dabatur in feudum.

88. † Tertiò ſucceſsiuè quæro, An quando aliquis ſit prohibitus alienare, & monaſterium ingrediatur, dicatur contrauenire voluntati teſtatoris prohibentis alienari, cum bona omnia ingreſsi

greſsi monaſterio acquiratur auth. ingreſsi. C. de SS. eccle. cum ſimilibus, & videtur prima facie dicendum, quod ille non poſsit per ſuum ingreſſum alienare bona prædicta contra voluntatem teſtatoris, etiam ſi tractatur de fauore cauſæ piæ, facit tex. in d. §. ſanctiſsimas, vbi ſi exiſtat pactũ, vt bona conceſſa eccleſijs nullo modo poſsint alienari, pro redemptione captiuorum non poſſunt alienari, & tamen agitur ibi de fauore animarum, quæ omnibus rebus præferuntur, l. ſancimus. C. de SS. eccleſ. quia teſtatoris prohibentis voluntas ſeruanda eſt, nec attendẽdus eſt fauor animę ſeu cauſæ piæ. Contrarium verius eſt, quod iſto caſu prohibitus alienare poteſt per ſuũ ingreſſum, ad hoc plura adduci poſſunt, & inter cætera optimè facit Dd. ſententia magis communis, de qua mox dicam: Quod prohibitus alienare non cenſetur prohibitus hæredem inſtituere, quando eſſet legitimus ſucceſſor ab inteſtato. Quanto fortius in iſto caſu iſte prohibitus poſſet transferre in eccleſiam, cum dedicando ſe religioni, ſe & ſua bona in conſequentiam dedicare videatur, vt in c. in prǽſentia, ibi, Se & ſua, ext. de probat. Item diſpoſitio captatoria non habet locum in pia cauſa, vt dicit tex. in c. cùm tibi, ext. de teſta. &

m Dd.

Dd.communiter in d.c.in præſentia,facit optime quod voluit Io. And.in additio. ad ſpec. in Rub. de ſtatu monach. prout refert & ſequitur
89. Fel. in d.c.in præſentia. † Quod ſi teſtator reliquerit filiæ ſuæ ſi nupſerit mille, & ducentos ſi ingreſſa fuiſſet monaſterium, tūc poteſt mulier etiam ſi ingreditur obtinere mille contra teſtatoris voluntatem, quia illa diſpoſitio refragabatur religioni, ideo non eſt tenenda. Sed iſtud dictum Io. And. non caret difficultate, & plures contrarium tenent, videlicet Bald.in l. Deo nobis,col.1.C.de epiſc.& cleri.vbi refert de cōſuetudine teneri, vt mulier non debeat habere mille ſi ingreditur monaſterium, & hoc contra teſtatoris voluntatem,Caſt.in auth. niſi rogati. C. ad Trebell. dicebat ſe pro hac ſententia Bononiæ conſuluiſſe, & illam Dd. dicunt æquiorem eſſe,vt patet per præceptorem meum in d. c. præſentia, nu. 59. & ita vidi obtentum fuiſſe Romæ in auditorio Rotæ. Vltra prædicta pro hac ſentētia facit ratio: Nam videmus quod ex cauſa neceſſaria licitum ſit alienare bona prohibita, d. Auth. Res quæ. C. Communia,de leg. vt infrà dicemus: Quæ nam poſſet eſſe magis neceſſaria cauſa,quàm fauor animæ & religionis, & ita tenendo non obſtat d.§. ſanctiſsimas,

quia

quia vltra ea quæ ſupradicta ſunt, reſpondetur quod ille tex. non procedit in terminis noſtris, quia ibi non negatur fauore religionis diſpoſitionem valere, ſed dicitur bene, quod concedẽs res eccleſiæ poteſt apponere legẽ, ne vllo modo poſsint alienari, quo caſu tale pactum valet & tenet, vt prędicta bona etiã pro redemptione captiuorum non poſſent alienari, ita diximus ſuprà tex. illum de iure Canonico, puto interponendum Non procedere, cum ſit contra fauorem animæ, & vbi agitur de fauore animæ Iura Ciuilia correcta ſunt per ius Canoni cum, vt apparet in pluribus c. licet mulieres, de iureiu. lib. 6. c. quamuis, de pactis, lib. 6.

Quartò ſucceſsiuè quæro, † An prohibitus alienare prohibeatur teſtari, & hæredẽ inſtituere. Iſta eſt quæſtio ſubtilis & vtilis, & quotidie in facto cõtingit, & ſuperiore anno facultas noſtra in facto habuit, Bar. hic mouet hanc quæſtionẽ, nu. 17. Sed non decidit ſed remittit ſe ad not. per ipſum in l. ſi quis ita. §. ea lege, de verb. oblig. Sed idẽ melius & clarius hanc quæſtionem ponit & decidit in l. peto. §. fratre, infr. titu. 1. Ad intellectũ iſtius quæſtionis adducũtur argumenta pro & contra. In primis pro parte 90.

Negatiua, vt hoc modo prohibitus non poſsit teſtari, videtur eſſe optimus tex. in l. ſi quis. §. certum. C. de ſecundis nupt. Secundò, pro hac ſententia adducitur, Quod ſi quis fuerit prohibitus alienare, non poteſt hęredes extraneos inſtituere, d. l. peto. §. fratre, infr. tit. 1. l. pater. §. fundum, infr. tit. 2. Pro parte verò affirmatiua nonnulla adduci poſſunt, & in primis, Quod hæredis inſtitutio non cenſeatur incluſa appellatione alienationis, facit quia teſtamenti facultas conceſſa eſt de iure gentium, prout Bart. & Doct. omnes dicunt in l. interdum, de condicti. inde. aliâs diximus in l. 1. ſupr. de teſta. Sed iura gentium non poſſunt tolli per principem. §. ſed & naturalia, cum alijs. Inſt. de iu. na. gen. & ciui. Ergo minus per teſtatorem. Accedit
91. etiam † quod facultas teſtandi debet eſſe libera. l. 1. cum alijs. C. de SS. eccle. adeo quod lex reputet iniquum eſſe, ſi alicui adimatur teſtandi facultas, l. non vſqꝫ adeo. Si quis à pat. fue. manu. bonus tex. in l. ex facto. in princ. de vulg. & pupil. Præterea Caſt. & alij dicunt iure Municipali non poſſe alicui adimi facultatem teſtandi. Vltimò facit optimus tex. in ſpecie, in l. ex hoc edicto. §. ſeu verſ. alienare de alie. iud. mu. cau. fact. vbi expreſsè dicitur, appellatione alie-

nationis

nationis non contineri hæredis inſtitutionem. Ergo apparet ibi, Quod ſi quis fuerit prohibitus alienare, non propterea cenſetur prohibitus hæredem inſtituere. In hac quæſtione Dd. ancipites ſunt in nõnullis, & in primis I C. ipſimet varia dixerũt, & iura inter ſe aduerſari videntur, hoc idem fecerunt gloſſæ, nec non cæteri ſcribẽtes, propterea remitto me ad doctrinam Bar. in hac quæſtione, in d. l. peto. §. fratre. † Ex 92.
cuius dictis clarius ſic colligatur diſtinctio. Aut prohibitio alienationis facta per teſtatorem, refertur ad tempus, vel facta eſt prohibitio abſq; vlla temporis præfixione, & ſimpliciter, Primo caſu Dd. omnes indifferenter volũt hæredis inſtitutionem conceſſam eſſe, hoc modo procedat tex. in l. pater. §. fundum, infr. tit. 1. & ita Iacob. ab Are. Dy. Bar. in d. l. peto. §. fratre, dicunt. Et ratio eſt iſtius deciſionis. Nam quãdo teſtator prohibet hæredes ſuos alienare vſq; ad certum tempus, vtputa ad vitam, expreſſe apparet prohibitionem duntaxat extendi per viam cõtractus, donec vixerint, non autẽ quoad teſtamenti factionem, quæ non habet effectum ſuum in vita, ſed poſt mortem, vt patet in definitione teſtamenti, l. 1. ſupr. de teſta. Et hoc videtur ſentire I C. in d. §. fundũ, dum tex. ibi di-

cit hoc colligi ex cõiecturis. Secundo caſuprin cipali Dd.ſubdiſtinguunt, Aut teſtator prohibuit alienationem reſpectu aliquarum ſingularum perſonarum, aut reſpectu perſonarum quarundam eiuſdem generis. Primò caſu indiſtinctè Dd.quoq; dicunt,nec hęredem inſtituere,nec ab inteſtato in tales perſonas à teſtatore prohibitas poſſe bona peruenire, de hoc eſt caſus in d. l. codicillis. Caio. §. matre, infr.tit. 1. prout apparet expreſsè in illo tex.dum teſtator prohibebat expreſsè propter inimicitias & odium, quod habebat erga illas perſonas, nec in hoc caſu videntur obſtare ea quæ ſuprà adducebamus,ſcilicet quod non debeat alicui auferri libera facultas teſtandi. Iſto enim caſu nõ videtur ſublata facultas teſtandi in genere, ſed ſolùm reſtricta quoad aliquas perſonas ſpeciales, Nam poteſt omnes & quaſcunq; perſonas,exceptis prohibitis hæredes inſtituere, facit optimè tex. in argumentum,in l. cum ita, cum ſeq. infrà de conditi.& demonſt.arguendo, de matrimonio ad teſtamentum, quia iuſtis & probabilibus rationibus teſtator motus prohibuit. Quo caſu licet iura municipalia non poſsint alicui auferre liberam facultatẽ teſtandi,vt Caſt. & alij dicunt per illum tex. in d. l. ex facto, in

prin.

prin. de vulg. & pupil. Tamen quando iuſtis & rationabilibus mouentur ſtatuentes, valida eſt prohibitio, quia non cenſetur ſublata teſtãdi facultas in genere, & eodem modo diximus in l. ſtipulatio hoc modo concepta, de verb. oblig. pactum à filia initum de non ſuccedendo patri, tam ex teſtamento quàm ab inteſtato debere valere poſt Rom. ſententiam ibi, quia pater non cenſetur prohibitus teſtari, licet ratione filiæ priuetur facultate teſtandi, & in ſpecie adduxi d. l. cum ita. In ſecundo verò caſu, tunc ſubdiſtinctio fit. Aut prohibitio facta eſt certi generis quarundam perſonarum reſpectu, vtputa ratione familiæ, quia dixit teſtator: Prohibeo bona mea alienari, vt maneant in familia, tunc aut eſt vocatus hæres legitimus, qui ſucceſſurus erat ab inteſtato, tunc prohibitus teſtari poteſt & hęredem inſtituere, etiam eum qui non ſit de familia, hoc modo procedat tex. in l. cum pater. §. cum inter, eod. tit. & gl. hanc diſtinctionem ſentit in d. §. fratre, in verbo, Extero, Aut enim prohibitus alienare inſtituit hæredem qui nullo modo erat ſucceſſurus ab inteſtato, & penitus eſt extraneus, tũc cẽſetur prohibita hæredis inſtitutio, hoc modo ꝓcedat tex. vbi caſus apertꝰ in d. l. peto. §. fratre.

Iſta

Iſta diſtinctio Bar. à Dd. recipitur, & eam communiter ſeq. & ita voluit Dyn. Rayn. Caſt. Cum. Imol. in l. cum pater. §. cum inter, inf. tit. 1. & ita in terminis conſuluit Caſt. in conſ. 279. Viſis ſtatutis, col. 2. Alex. in conſ. 56. Conſideratis verbis, lib. 2. idẽ Alex. in conſ. 59. Attentis verbis, col. 5. li. 3. In quib. locis Alex. aſſerit hãc eſſe cõmunem ſentẽtiam. hoc idẽ conſulẽdo voluit Rom. in cõſ. 447. Curt. in conſ. 63, col. 13. nouiſsimè Soz. in conſ. 43. li. 3. Dec. in cõſ. 23. li. 1. Licet ambo prædicti Dd. recedãt à cõmuni ſententia conſulendo. Et hanc ſententiam ſequitur Ma. Soz. iunior in conſ. 112. In cauſa nobilis Dominæ Corneliæ, nu. 11. lib. 1. Ruy. in conſ. 89. & plures Dd. ſequuntur hanc ſententiam. Et in hac quæſtione plura adducũtur per Tiraquellũ in cõpendio de retractu, nu. 4. cum pluribus ſequen. fol. 463. pro qua multa notatu digna adducit hîc Iaſ. Primò gl. cõmuniter receptam in l. pater. §. Iulianus Agrippa, infr. lib. 2. vbi gl. prędictam diſtinctionem Bar. tradit, Quod prohibitus alienare extra certum genus perſonarum, exempli gratia, extra familiam poſsit etiam bona prohibita transferre in alium, qui ſucceſſurus erat ab inteſtato etiam quod non eſſet de familia, & dicit Iaſ. hîc illud

contin-

contingere quotidie quando prohibitus alienare non habet filios maſculos, ſed fœminas quæ nuptui tradũtur extra familiam, & dicit Iaſ. hic iſtã ſententiã licet ſit cõmunis, tamẽ duram eſſe, & plures ſecundum eam cõſuluiſſe, qui & ipſe dum Patauij profiteretur, ita conſuluit & obtinuit, & de prædicto conſ. conſtat in conſ. 120. redemptoris noſtri, vbi per totum lib. 1. idem Iaſ. in conſ. 96. Dn. Ioan. col. 5. verſ. condeſcẽdendo, lib. 4. vbi gl. in l. voluntas, de fideicom. dicit notabilem. Pro hac etiam cõmuni ſententia Iaſ. adducit ſingularem deciſionem Ang. in conſ. 57. Domina Andrea condidit teſtamentum, vbi voluit, quod ſi legatarius prohibitus fuiſſet donare, vendere, alienare ſub quouis alio titulo, poteſt tamen inſtituere hæredem, & dicit Iaſ. hic Ang. moueri ſubtilibus rationibus, Primo, quia teſtamẽti factio competit ex cauſa neceſſaria, propterea non attenditur teſtatoris voluntas, l. 1. de fund. dot. ad hoc potuiſſet Ang. adducere optimum tex. in ſpecie, in d. l. peto. §. prædium, infr. tit. 1. vbi I C. expreſsè facit differẽtiam, an alienatio ſit facta ex voluntaria vel neceſſaria cauſa. Secundò Ang. adducit tex. in l. ex hoc edicto. §. alienare, de alie. iud. mu. cau. fact. Item mouetur Ang. in d. loco, quia hoc

n modo

modo aufertur libera facultas teſtādi, quod non conceditur, d. l. ſtipulatio hoc modo concepta, de verb. obl. bonus tex. in l. ex facto, & ibi Dd. ſuprà de vulg. & pup. Item adducitur regula, de qua in tex. in l. cum quædam, de acqui. re. do. vbi tex. dicit plura concedi ratione teſtamenti, quæ aliâs denegantur. Vltimò eſt caſus legis ſecundum Dd. in d. §. cum inter. d. l. cum pater, vbi teſtator prohibet bona ſua alienari extra familiam libertorum, tamē ibi dicitur, quod filius libertæ admittatur, nec cenſetur contrauentum fuiſſe teſtatoris voluntati, & tamen filius libertæ non erat de familia libertorum, licet mater eſſet, vt in l. voluntas. C. de fideicom. & ſic probatur ibi, quod legitimus hæres ſucceſſurus ab inteſtato poteſt hæres inſtitui, non obſtāte prohibitione teſtatoris de bonis non alienandis extra familiam.

93. † Contrariam ſententiam de iure veriorem eſſe iudico, quæ eſt ſecundum teſtatoris voluntatem, nec non conſona eſt iuribus, cum ecōtra communis non habeat pro ſe leges, & noſtra ſentētia tenenda eſt non ſolùm diſputando, ſed & legendo, & conſulendo, & iudicando, & hāc opinionem inprimis tenuit Pet. de Bellapert. in d. l. peto. §. fratre, & ibi Bald. idem Bald. clarius

rius in l. ſi quis prioris. §. certum. C. de ſecun. nup. & ibi quoq; Sal. & ſecundum hãc ſententiam cõſuluit Fulg. in conſ. 117. idẽ vult Aret. in l. ventre. col. 13. verſ. dicemus ergo melius ſupra de acqui. hære. Soz. in conſ. præalleg. 43. lib. 3. præceptor meus in d. conſ. 23. in quibus locis prædicti Dd. aſſerũt firmiter hanc ſententiam veriorem eſſe, ex quo eſt ſecundum leges & teſtatoris voluntatem, quam etiam omnes recentiores indiſtinctè ſequuntur, vt per Crot. Ripa. Portugalenſes, Alciat. & omnes qui aſſerunt ſimul, quod ſi caſus in facto contingeret, quod conſulere & iudicare pro hac ſententia vellent, & primò pro hac ſententia facit. Nam manifeſtè apparet de teſtatoris volũtate, vt bona ſua remaneant in familia, ideo amplecti debemus teſtatoris voluntatem, quę ſemper in vltimis volũtatibus attenditur, & omnia regit & gubernat, quæ in teſtamento continentur, l. in conditionibus primum locum, infra de conditio. & de. l. cum virum. C. de fideicom. l. 3. C. de lib. præte. l. fin. de neceſs. hære. inſti. † vbi 94
ſingulariter dicit Bal. nos debere ſectari teſtatoris volũtatẽ, ſicut canes ſectãtur leporẽ, Certè teſtator faciens hanc prohibitionẽ de bonis ſuis excludit oẽs extraneos hæredes, qui nõ ſunt de

 familia,

familia, neq; diſtinguit teſtator an ſint ab inteſtato ſucceſſuri, nec ne, quia affectionem habet ad familiam ſuam conſeruãdam, in qua ſi bona conſeruãtur, vt in principio §. noſtri diximus, dignitates, honores conſeruantur in illa l. honores, de decuri. l. quiſquis, cum ſimilibus, ad l. Iu. Maieſt. & ſordeſcit quodammodo nobilitas, quando peruenit ad paupertatem, vti eſt optimus tex. in l. 1. §. pen. de vẽt. inſpi. Secũdò pro hac ſententia eſt caſus legis in d. l. peto. §. fratre, vbi I C. expreſsè dicit, quòd prohibitus alienare extra familiam, quia voluit bona ſemper manere in illa, ſi alienaret, vel extraneum hæredem inſtitueret, quod omnes de familia ad fideicõmiſſum admittuntur, & Iuriſc. ibi generaliter & indiſtinctè excludit extraneos hæredes, ſiue ſint legitimi venientes ab inteſtato, ſiue penitus extranei. Nam extranei ibi appellantur, qui non ſunt de familia, licet extraneus pluribus modis accipiatur, l. ſi extraneus, & ibi Dd. de condit. ob cauſam, tamẽ in illo caſu extranei accipiuntur illi qui non ſunt de agnatione ſeu familia, & in veritate huic textui quomodo reſponderi poſsit non video. Tertiò, prò hac opinione videtur eſſe tex. quem ponderat Iaſ. hic in l. pater. §. fundum, infr. tit. 1. Nam ibi teſtator relinquebat

bat fundum,& prohibebat illum alienari extra
familiam,donec prohibitus viueret,dicitur ibi,
Quod ſi ille prohibitus inſtitueret extraneos,
valere & tenere inſtitutionem. Ratio deciſionis
eſt,quia prohibitio nō erat perpetua, ſed ſolùm
temporalis, ſcilicet ad vitam, ergo apparet per
illum tex. quòd quādo eſt perpetua prohibitio
alienationis extra familiam, quod nullo modo
admittatur inſtitutio hæredis extranei extra fa-
miliā.Quartò facit ratio manifeſta,† Nam Dd. 95.
omnes communiter in d. l. ſi quis ita. §. ea lege,
& d.§. fratre, volunt, quod quando prohibitio
alienationis facta eſt reſpectu ſingularum per-
ſonarum, quod iſto caſu excluduntur omnes
hæredes ſiue ſint legitimi,ſiue ſint inſtituti quo-
cunq; modo, excluduntur per d.l.codicillis. §.
matre,infr.in tit. 1. Eadem ratio videtur quan-
do prohibitio eſt facta reſpectu certi generis,vt
in quæſtione noſtra,ideo cū eadem ſit ratio,ea-
dē debet eſſe iuris diſpoſitio,l.illud ad.l.Aquil.
l.fin.cum vulgaribus.C. ad l. Falcid. † & idem 96.
operatur prohibitio generalis ſicut ſpecialis,l.ſi
duo, ſuprà de adminiſt.tuto.hanc rationē addu
cebat Fulg.in d.conſ. 117. Quintò facit tex. in
l. ſi quis prioris.§.certum.C.de ſecun. nup. vbi
Bal. & Saly.in ſpecie dicunt per illum tex. ſen-

tentiam Bar. & aliorum non poſſe procedere. Nam ibi Imp. vult, quod ſi mulier quæ tranſit ad ſecunda vota, non poteſt diſponere vel alienare, ſed tenetur ęqualitatem ſeruare inter filios primi & ſecundi matrimonij, quod non poteſt
97. per hęredis inſtitutionem,† & ſic apparet, quòd illud quod fit per teſtamentum, expreſſam alienationis ſpeciem continet. Nam per teſtamentum fit dominij translatio, ideo continetur d. l. 1. de fund. dota. Sextò pro hac ſententia pondero tex. duos qui eundem caſum ponunt, & ſunt eiuſdem I C. Sceuolæ videlicet in l. pater. §. Iulianus Agrippa, & l. Lucius Titius, infrà eod. lib. 2. vbi teſtator bona ſua prohibuit alienari, & facta fuit hæredis extranei inſtitutio. Quęritur in dictis locis per I C. an ſit contrauẽtũ menti teſtatoris, & ibi decidit valere inſtitutionẽ hęredis, etiã extranei, rationẽ aſsignat I C. quia ibi nudũ erat teſtatoris pręceptũ abſq; cauſa. Propterea voluit tex. ibi inſtitutionem valere, quia non valebat prohibitio. Nam vt dicit tex. noſter hic, & in d. §. Iulianus Agrippa, prohibitio nuda abſq; cauſa nõ valet neq; tenet, ergo tex. ibi expreſsè vult. & hæc eſt ratio decidẽdi, Quod ſi prohibitio facta fuiſſet cum cauſa, quia dictũ eſſet per teſtatorem, Ne bona ſua

alienentur

alienētur extra familiā, I C. non conceſsiſſet hæredis extranei inſtitutionē, vt patet expreſsè in d. l. peto. §. fratre, & ita inuenio has inductiones factas per Crot. hic. Septimò facit tex. in d. l. peto. §. prędium, vbi tex. dicit: Exteros hæredes habiturus nō eſſet, & loquitur in terminis quæſtionis noſtræ, & ſic ſentit ibi I C. quod hæres extraneus inſtitui nullo modo poſsit, nec facit differentiam an ſit de venientibus ab inteſtato, nec ne. Nam, vt ſuprà dictum eſt, extranei hæredes in hac materia accipiuntur pro illis qui non ſunt de agnatione ſeu familia. Octauò facit tex. in l. pater. §. quindecim, in ratione ibi aſſignata, infrà eodem lib. 2. vbi teſtator prohibuerat hæredem ſuum alienare extra familiam, & dictum erat per teſtatorem, quod ſi vēdere vellent, deberent alijs de familia libertorum vendere, duo ex libertis, vt dicit ibi tex. vēdiderunt portiones ſuas alijs, dicit tex. quod ille qui emerit ſi inſtituerit hæredem extraneum, quod talis inſtitutio valeat. ratio eſt, prout dicit ibi textus, quia à teſtatore conceſſa fuit facultas vēdendi inter collibertos, & quia duntaxat erat facta prohibitio perſonalis, meritò talis hæredis inſtitutio valet & tenet, & ita illū text. Bar. et Dd. cōmuniter intelligūt, ergo quādo cō-

currit

currit vtraq; prohibitio ſimpliciter perſonalis & realis, excluderetur hæredis extranei inſtitutio. Nonò facit, quod non videãtur vocati legitimi hæredes venientes ab inteſtato in terminis noſtræ quæſtionis, quia legitimi venientes ab inteſtato licet veniant ex diſpoſitione legis ad hæreditatem, tamen tacitè vocantur à teſtatore ſeu à defuncto, vt in l. cõficiuntur, l. ſi quis id quod ſupr. de iur. codicill. Sed veriſimile videtur, quod teſtator non vocet eos iuxta prohibitionem non debere ſuccedere. Nam ſicut non poteſt expreſsè teſtator extraneũ hæredem inſtituere. d. §. fratre, & alijs iuribus ſuprà adductis, ita quoq; non videtur tacitè poſſe vocare ad bona prohibita alienari extra familiam venientes ab inteſtato taciti, cùm taciti & expreſsi idẽ ſit iudiciũ, l. cum quid, ſi cer. peta. cum ſimil. Decimò, pro hac ſententia vrget ratio, quam adduxit hîc Crot. licet prius fuerit Fulg. in d. conſ. 117. quam rationẽ quoq; ſequitur Dec. in d. conſ. 23. Ratio talis eſt, Certum eſt quod fideicommiſſum quibuſcũq; verbis inducitur, vt in l. & eo modo, inf. tit. noſtro, & ſola volũtas in fideicommiſsis ſeruatur, vt l. penultima, titulo noſtro, l. cum virum, C. de fideicommiſs. & non ſolùm expreſſa voluntas inducit fidei-

com-

miſſum, verùm & tacita, ſi ex coniecturis colligatur, l. cum proponeretur, in fine, inf. tit. 1. l. qui inſolitum. §. 1. tit. 1. l. cum auus, infr. de conditi. & demonſt. l. cum acutiſsimi. C. de fideicom. cum plurib. alijs iuribus. Certũ eſt quod in hac prohibitione teſtatoris inductum eſt fideicõmiſſum, vt patet in d. l. peto. §. fratre, d. l. qui in ſolidum. §. prædium. facit tex. noſter hic in fine, cum pluribus alijs. Si ergo introductũ eſt fideicõmiſſum, quod nemo negat, ſequitur quod legitimi hæredes venientes ab inteſtato, ſi non ſunt de familia, excludendi ſunt ab hęreditate, l. cohæredi. §. cum filio, ſuprà de vulg. & pup. vbi Dd. latè. Ratio eſt,† Quamdiu habet 98.
locum cauſa teſtati & ſic fideicommiſsi, ceſſat cauſa inteſtati, l. quamdiu, cum ſimilibus, ſuprà de acquir. hære. ac etiam quia prouiſio hominis eſt potẽtior prouiſione legis, l. fina. C. de pact. conuentis. Vndecimò facit tex. opt. in l. qui in ſolidum. §. prædium, infr. tit. 1. vbi dicit tex. quod ille qui ſit ſupremus in familia, ſi moriatur ſine liberis, poteſt inſtituere extraneũ hæredem. Non ob aliam rationẽ, quàm quod tunc eſt extincta familia, ceſſat ergo prohibitio alienationis bonorum facta per antiquum teſtatorem. Nã ceſſante cauſa prohibitionis ceſſat ipſa

prohibitio, l. adigere. §. quamuis, de iur. patro. c. cum ceſſante, de appellat. & ibi extraneus accipitur, prout ſuprà dictum eſt, pro his qui non ſunt de familia, & iſtũ tex. hoc modo inductum non reperio apud alios. Duodecimò & vltimò eſt caſus legis in auth. de reſtitut. fideicom. quem tex. nouiter adducit Soz. in d. cõſ. 43. per quem text. vt ipſe dicit, deciditur quæſtio noſtra. Talis caſus erat ibi: Quidam teſtator plures filios relinquẽs eos inſtituit, & quaſdã ædes reliquerat quas alienari extra familiam prohibuerat, quia volebat quod perpetuò manerent in familia, deinde poſt longa tempora quidã ex ſucceſſoribus teſtatoris antiqui, qui tales ædes ſic prohibitas alienari poſsidebat, cõdidit teſtamentũ, & quia relinquebat vxorẽ prægnantem inſtituit poſthumũ naſciturũ, & illi ſubſtituit matrem ſi filius natus decederet in pupillari ætate, nata fuit filia quæ in pupillari ætate deceſſit, quæſtio erat inter matrẽ & agnatos, qui adducebãt prohibitionẽ alienationis. Imp. ibi decidit in fauorẽ matris non ea ratione quod ſubſtituta fuiſſet mater quæ eſt legitima hæres filij, auth. defuncto. C. ad Tertull. Sed alia ratione in fauorẽ matris pronuntiauit, quia prohibitio facta per antiquũ teſtatorẽ excedebat quartũ gradum,

dũ,ergo apparet ibi, quod per illã conſtitutionem nouellam Iuſtiniani Imperatoris, quod ſi non eſſet prohibitio tam antiqua,quod diſpoſitio teſtatoris locũ non habuiſſet, etiã quod vocaſſet legitimũ hæredem veniente ab inteſtato, quia non poſſunt admitti, vt dictũ eſt, hæredes extra familiã, & dicit Soz. in loco ſuprà adducto,quod dum legeret §.noſtrum,ita contra cõmunem Dd. ſentẽtiam decidebat, cuius ſcripta tamen non reperiũtur. Ad iſtũ tex.inuenio clariſsimũ I C. Ruynũ reſpondentem in conſ. 89. col.15. verſ. Non obſtat vbi tenuit cõmunem ſententiã,& ibi cõpulſus reſpõdere ad illũ text. faciens memoriã de Soz. reſpondebat duobus modis. Prima ſolutio erat, quod ibi colligitur argumentũ à contrario ſenſu,quod ſumi nõ debet per not.in l.2.C. de conditi. inſer. Dd. latè in l.1.de offi.eius cuius mand.eſt iuriſd. Iſta reſpõſio nõ procedit, quia ibi nõ colligitur argumentũ à cõtrario ſenſu, immò directè argumẽtũ colligitur. Itẽ falſum eſt dicere hoc quod ille tex.eſſet cõtra alia iura, cũ ille tex.ſit conformis pluribus alijs iuribus, vt patet in d.§.fratre,d.§. fundũ,d.§.prędiũ,et in alijs iurib.ſup.adductis. Secũda ſolu.erat,ꝙ ideo ibi nõ valuiſſet hęredis inſtitutio legitimi,quia ibi facta fuit ꝓhibitio in

rem, non autem ſimpliciter in perſonam. Iſta reſpōſio minus procedit quàm prima. Nam in hac ſolutione cōfunditur & fatetur, quod quādo eſt facta prohibitio perſonalis & realis, ꝙ nullo modo inſtitui poſsit etiam ſucceſſurus ab inteſtato. Nam ille qui ſuccedit in hac prohibitione, ſuccedit quando facta eſt prohibitio perſonalis & realis, prout loquitur quæſtio noſtra. † Et tenendo hanc ſententiam quæ de iure verior eſt, & quam plures ſequuti ſunt, quia eſt ſuffulta pluribus legibus & viuis rationibus, non obſtant quæ pro communi ſentētia adducebantur, & primò non obſtant ea quæ Ang. in d. conſ. 57. adducit, & primò quod neceſſe ſit poſt mortem habere ſuū hæredem, & per conſequens teſtamēti factio prouentiat ex cauſa neceſſaria, ideo concedatur hæredis inſtitutio, l. 1. de fund. dota. arg. l. quædam, de acqui. rer. dom. Ad iſtud primum argumentum Ang. reſpondet, quod facta iſta prohibitione per teſtatorē, vt non poſsint bona alienari extra familiam, ſequitur quod omnino eſt cauſa neceſſaria, & lex concedit alienationem in nōnullis caſibus propter neceſſariam cauſam, d. Auth. Res quæ, & tamē videmus quod teſtator poteſt facere prohibitionem, vt etiam ex cauſa neceſſaria d. bona

non

non poſsint alienari,vt ſentit Bar.in l.3.§. de il-
lo pro ſocio,& hoc modo reſpondet Deci.in d.
conſ.23.li.1. pro qua reſponſione facit optimè
tex. ſępè adductus in d.§.ſanctiſsimas,vbi pro-
pter teſtatoris expreſſam prohibitionem bona
eccleſiaſtica,quæ aliâs propter captiuorum re-
demptionem alienari poſſunt,l. ſancimus.C.de
SS.eccle. tamen propter enixam teſtatoris vo-
luntatem non poſſunt alienari. Item etiam re-
ſponderi poteſt, Quod in cauſa neceſſaria non
conſideratur hęredis inſtitutio,circa bona pro-
hibita, ex quo teſtari poteſt de alijs ſuis bonis,
teſtator enim in bonis ſuis potuit legem impo-
nere,vt ſentit tex.noſter hîc. Non obſtat tex. in
d. l. ex hoc edicto. §. alienare, de alienatione
iud. mu. cau. fac. vbi appellatione alienationis
continetur hæredis inſtitutio,quia reſpondetur
quod ideo illud eſt ibi, quia ceſſat ratio edicti
quod fundabatur in hoc vt fraus euitaretur, ne
aliquis ad euitandum iudicium rem in alium
transferret,& ideo in odium ipſius edictũ vo-
luit,vt non poſsit fieri translatio, & qui hoc fe-
cerit pro poſſeſſore habeatur,iuxta regulam, l.
qui dolo,de reg.iu. Sed per inſtitutionem hæ-
redis cum effectus teſtamenti porrigatur poſt
mortem,meritò locum nõ habet edictum in in-

ſtitutione hæredis, & ſic ceſſante ratione edicti
99. ceſſabat diſpoſitio. † Non obſtat etiã quod videatur auferri facultas teſtandi contra iuris diſpoſitionẽ, d. l. ſtipulatio hoc modo concepta, de verb. obl. Nam ad hoc reſpondetur duobus modis, primò, vt hîc per Crot. & fuit reſponſio aliorum, quia negatur quod teſtator non poſsit adimere hæredi facultatẽ teſtandi de bonis proprijs quæ reliquerit. Nã de hoc videtur eſſe caſus in l. qui filium, in principio, ad Trebell. vbi apparet, quod teſtator in bonis ſuis poteſt adimere teſtandi facultatẽ, & ratio eſt: Nam ſi potuit ab initio illum non inſtituere hæredem, & nec propria ſua bona conferre, quanto fortius adimere, l. videamus in actionibus, de in litem iur. & illud quod dicitur nemini ſublatam eſſe debere teſtãdi facultatem procedit & locũ habet quando ipſemet ex pacto vel promiſsione ſibi adimit liberam teſtandi facultatem, hoc lex non concedit, quod aliquis poſsit ſibi adimere liberam facultatem teſtandi, l. ſi fratres. §. idem reſpondet pro ſocio, ibi, Nec libertatem de ſupremis iudicijs conſtringere quis poterit, & l. illa inſtitutio, ſuprà de hære. inſti. Secus quoad alios. Nã in bonis proprijs aliquis poteſt quãcunq; legẽ apponere. Secunda reſponſio eſt & melior,

melior, quia iſto caſu nõ tollitur facultas teſtã-
di, quia poteſt habere alia bona ꝙ̃ illa prohibi-
ta, in quib. poteſt teſtari, & reperire hęredẽ, vel
quia ſperat quod poſsit acquirere in futurũ, ꝙ
l. cõſiderat, cũ vnuſquiſq; ſemper anhelat ad lu-
crũ, vt nota. in l. vt defunctus, ad arbitr. tute. &
quãdo alicui remanent bona, vel de futuro ſpe-
ratur habere, nõ dicitur ſublata facultas teſtãdi.
vti Dd. communiter dicũt in d. l. ſtipulatio hoc
modo cõcepta, poſt Bar. vt ſi facta fuerit dona-
tio omniũ bonorũ pręſentiũ & futurorũ, aliqua
reſeruata & excepta valet donatio, nec dicitur
ſublata facultas teſtãdi. Neq; obſtat ſupradictũ
in principio quæſtionis, dũ adduxi argumenta
ꝓ vtraq; parte, videlicet quod teſtamẽti factio
quoad ſubſtantiã ſit de iure gentium, vt Bart. &
Dd. dicũt in l. interdũ, de cõditi. indebi. & ſic nõ
poteſt tolli ius gentiũ per principẽ. §. ſed & na-
turalia, cũ ſimil. Inſt. de iu. na. gen. & ciui. ergo
min' p teſtatorẽ, ad hoc reſpõdetur, ꝙ ſicut prin
ceps ex cauſa poteſt derogare iuri naturali &
gentiũ, vt not. in l. fi. vbi Bar. & oẽs. C. de cõſti.
princi. eodẽ modo teſtator poteſt. Nã probat
in d. l. peto. §. fratre, vbi lex cõcedit, vt qs nõ poſ-
ſit extraneũ hæredẽ inſtituere quando facta eſt
prohibitio teſtatoris, d. l. ſi qs prioris, §. cęrtũ, cũ
plurib. alijs iurib. ſup. adductis. Nõ ob. tex. ĩ d. §.

cum inter, vbi totum fundamentum communis ſententiæ reſidet; ad iſtum textum plures ſolutiones dãtur. Prima eſt, prout dicit ibi gl. quod filius libertæ dicatur eſſe de numero libertorum, qui intellectus ſuadetur ex tex. ibi, dum dicitur: Cum inter libertos liberta admiſſa fuerit. Nec obſtat quod dicit ibi Bar. damnando gl. illam, ibi hac ratione, quia ſi eſſet filius libertus de numero libertorum, ille text. non haberet dubium, quod eſſe non debet, l. quod Labeo. ad Carboni. l. 1. ad Municip. adhoc reſpõdet Fulg. defendendo gl. in d. conſ. 117. & prius idem dixit Petr. de Bellaper. in d. §. Iulianus Agrippa, vbi tenuit ſententiam gl. & reſpondebat Bar. rationi, quod immo maxima erat dubitatio, cũ filius libertæ natus erat ingenuus, ad quod inter libertos cõnumerari deberet, dicit Fulg. in præalleg. loco, quod ſi mens I C. ibi fuiſſet, vt dicit Bar. & Dd. ſequuntur, quod tex. vellet denotare legitimum hæredem admitti. I C. vocaſſet eum legitimum, & non appellaſſet filium libertæ. Debilis eſt iſta reſponſio Fulg. Alio modo & clarius tueri poteſt gl. quod immo eſſet maximum dubium. Nam licet mater admiſſa fuiſſet in numerum libertorum, non propterea debebat portio prædij tranſmitti ad filium, quia

licet

licet hoc concedi potuiſſet in perſona libertæ, & ſic matris vt eſſet de numero libertorũ,ſicut etiam fœmina dicitur eſſe de agnatione,l.volũtas,& ibi Doct.C.de fideicom.nõ propterea tamen debet fieri trãſmiſsio ad filios & ſucceſſores, quia qui naſcuntur ex fœmina non dicuntur eſſe de agnatione matris,vt Dd. dicunt in d. l.voluntas,in iſtis terminis. Secunda reſponſio ad illum tex.eſt,Saly.in l.ea lege. C. de conditi. ob cau. Quod ibi ſpeciale eſſet in filio perſonæ prohibitę alienare,& hoc videtur ſentire Bal.in d.§. cũ inter,& adducit rationẽ,quia in tali filio perſonę prohibitę cẽſentur ceſſare,veriſimiliter odium & cauſa prohibitionis,arg.l.in ſuis, ſuprà de libe.& poſth. & hanc ſolutionem refert Soz.in d. conſ.43.lib.3. Verùm iſta reſponſio non procedit, nec conſiderari poteſt aliquod odiũ,ob quod teſtator prohibuiſſet bona ſua alienari extra familiam. fecit enim teſtator hoc, vt magis conſuleret familię propter ſuprà dictam rationẽ,vt diuitiæ remaneant in familia,& eius honor ſeruetur. Tertia fuit Cumani,dicentis, quod licet filij libertæ non ſint propriè de familia,tamen latè dicuntur, quia nomẽ familiæ ponitur latè,continet affines propinquos, & omnes,tex.bonus in l.fina. C. de verb. ſig. propterea

p rea

rea non mirum eſt, ſi filij libertæ appellatione
familię contineantur, quod ſecus eſt in terminis
noſtræ quæſtionis, quando dictum eſt, Ne bo-
na alienentur extra familiam, & in effectu diffe-
rentiam conſtituit inter familiam libertorum
& teſtatoris, & licet Cum. non dicat, eſt ſolutio
Acc. in d. §. cum inter. Iſta ſol. videtur ſatis pro-
babilis, & maximè declarando eam, vt inf. dicã,
ſed Cum. & gl. non ponebant rationem diffe-
rentiæ inter familiam libertorum & teſtatoris,
poni autem poteſt, quod ſtrictius agatur de ſi-
gnificatione vocabuli circa familiam teſtatoris
quàm libertorum, quia talis affectio teſtatoris
non cadit in familiã libertorũ, quãta in familia
propria, Teſtator enim voluit conſulere ſuę fa-
miliæ propter rationes adductas, quod non ſic
videtur in aliena familia, et veluti in prouerbio
100. eſt. † Prima charitas incipit à ſemetipſa, vt no.
in l. 4. C. de ſerui. & aq. vbi gl. Alia ſolutio erat
quod tex. in d. §. cum inter, procederet in ſimpli-
ci prohibitione alienationis, & propterea non
mirum eſt ſi ibi filius libertæ continetur, ſecus ſi
eſſet caſus vbi eſſet fideicõmiſſum, vt in termi-
nis noſtræ quæſtionis. Iſta ſolutio reijcienda
eſt omnino. Primò, quia eſt diuinatiua, arg. l. ſi
putator, ad l. Aquili. auth. de teſta. imperfect.

Secun-

Secũdò, Nã, vt ſuprà dixi, dãnando Bar. & ſequaces in d. l. qui Romæ. §. cohæredes, non facienda eſt differentia quantum ad inducendum fideicommiſſum, an vltra prohibitionem extra familiam teſtator addiderit nec ne, Quia volo bona mea perpetuò, &c. & comprobatur in d. l. qui in ſolidum. §. prædium, vbi ſimplex erat facta prohibitio, & tamen inductum erat fideicommiſſum, & etiam probatur per textum in d. l. voluntas, vbi duntaxat erat facta ſimplex prohibitio alienationis. Quãtum ad illum textum dicendum eſt, tenendo ſupradictam ſententiam ex mente I C. ibi, nec non gl. declarando mentem I C. Nam ideo in d. tex. nõ obſtãte prohibitione facta, venit filius libertæ, quia prohibiti admiſerunt illam libertã vnà cum teſtatore, vt eſſet in familia & participaret de prædio legato, vt dicit ibi tex. ideo in conſequentiã videtur admiſsi quoq; filij libertę. licet nullo modo ſint de familia collibertorũ ſecundũ ptopriã vocabuli ſignificationẽ, quia deſcẽdẽtes ex fœmina nõ dicũtur eſſe de familia matris, d. l. volũtas. Sed, vt dictũ eſt, ex quo diſpẽſatio facta fuit cũ matre vt participaret de fundo relicto, admiſsi videtur oẽs filij. Nam quãdo perſona aliqua incapax admittitur ad aliquem

 actum,

actum, videtur diſpenſatũ eſſe de deſcendẽtibus ſuis, ad hoc facit optimè dictum per Anch. in conſ. 341. Nam licet fœminæ regulariter feudorum ſint incapaces, tamẽ ſi fœmina per principem admitteretur ad feudum, videntur etiam admiſſæ fœminæ deſcendentes ex ea. Nam in habentibus ſymbolum, vt dici ſolet, facilior eſt tranſitus, & vt Philoſophus inquit, Omne ſimile appetit ſuum ſimile. Et: Similiũ idem iudicium eſt, l. fi. in fine, cum ſimilib. Mandati. Et videmus quoq; in terminis noſtris, quod quando res facta eſt ſemel alienabilis, quæ erat prohibita alienari, ſemper durat alienabilis. d. §. quindecim, vt Bart. hic per illum textũ dicit, ad idem facit dictum Ripæ. in conſ. ſuo 1. nu. 74. lib. 1. Quod quando feudum traxit originem à fœmina, ſuccedunt fœminę propter ſemel admiſsionem factam in fœmina. Sic in effectu factũ fuit in d. §. cum inter. Nã liberta quæ nõ debet admitti in feudo à libertis, tamen admiſſa fuit, vt dicit tex. propterea deſcendentes ex ea facti fuerunt capaces ex quadam gratia & conceſsione, & ex iſtis omnibus apparet communem ſententiam nullum habere fundamentum pro ſe, & contrarium verius eſſe. Et tantum de hac quæſtione.

† CIR-

†CIRCA ſecundam quæſtionem princi- 101.
palem, quid appellatione familiæ contineatur, in hoc remitto me ad I C. in l. pronunciatio. §. familiæ, de verb. ſig. vbi variè acceptũ eſt iſtud nomen familiæ, & plura continet. Vox iſta familia ſi propriè & ſtrictè accipitur, refertur ad eos qui ſunt in poteſtate, vtputa filiusfamiliâs, materfamiliâs. Si verò accipitur communi iure, & tunc ponitur pro agnatione, d. l. pronunciatio. §. familiæ, & hoc modo accipitur in terminis §. noſtri, & appellatione familiæ continẽtur omnes propinqui & affines nonnulli. item liberti, patroniq́;, l. fin. C. de verb. ſigni. & hoc idem dicit Corn. in conſ. 40. nu. 16. li. 2. & ita cõmunis vſus loquendi ſic accipit, vt familia pro agnatione accipiatur, qui cõmunis vſus loquendi inſpiciendus eſt, l. liberorum. §. Quod tamen Caſsius, infr. eodem tit. li. 2. & agnati dicuntur eſſe de familia, non ſolùm nati, verùm & naſcituri, & quando facta fuit huiuſmodi prohibitio de bonis non alienandis, admittũtur illi qui ſunt de familia, d. l. peto. §. fratre, d. §. prædiũ. d. §. quindecim, cum alijs iuribus ſuprà adductis, & nõ ſolùm maſculi dicuntur eſſe de familia, verumetiam fœminę, l. voluntas, vbi Dd. omnes. C. de fideicom. † Sed deſcendẽtes ex fœ- 102.

 mina,

mina,non dicuntur agnati ſeu ex familia. Nam fœmina, vt I C. inquit in d.l.pronuntiatio, in fine,eſt caput & finis familiæ, & licet fœmina nupta dicatur eſſe de familia mariti, vt Bar. & Dd.dicunt in l. finali.§.itē reſcripſerunt,ad munici.tamē remanet in familia,Ratio eſt, quia iura ſanguinis non poſſunt dirimi, l. iura ſangui-
103. nis, cum ſimilibus, de reg. iu. † Hinc eſt quod ferè ab omnibus receptum eſt, præſertim inter illuſtres perſonas, vt fœminæ prius denominēt ſe ex familia patris quàm mariti, quæ quidem fœminæ nullo modo conſeruant ſeu perpetuāt agnationem,d.l.pronuntiatio, in fine, ſed duntaxat per maſculos familia conſeruatur, vt dicit Bald. & Dd. in l. maximum vitium, C. de libe. præter. & propterea in pluribus locis iura municipalia ſunt, quod exiſtentibus maſculis fœminæ non ſuccedant hāc ob cauſam, quia familiæ non conſeruantur per illas, & ideo bona debent manere in familia, quæ abſq; diuitijs ſordeſceret. Non tamen negatur fœminas agnatas eſſe,d.l.pronuntiatio,in fine, l.2.§. finali,infr. de ſuis & legiti. facit tex. in Inſt. de leg. ag. ſucceſs. §. 1. iūcto §. & hoc quidem, ibi, Omnes agnatos ſiue maſculos, ſiue fœminas, hoc voluit in ſpe-
96 cie Alex. in conſ. 55. Ponderatis his, col. 2. li. 3.

Corn

Corn.in conſ.229. In hac conſultatione, & in conſ. 230. Quanquam in hac col.2.in fine, li.2.
† Iuxta hāc quæſtionē ſucceſsiuè quæro de 104.
nōnullis quæſtionibus, & primò in terminis §. noſtri, quomodo agnati ſeu illi de familia accipiēdi ſint, quando teſtator intuitu & fauore familiæ prohiberet bona ſua alienari extra familiam, an omnes de familia æqualiter eſſent admittendi in euentum, in quem teſtatoris voluntati contrauentum fuerit, & videtur omnes admittēdos eſſe, per tex.in d.l.peto.§.fratre.vbi expreſsè dicitur tali caſu oēs vocari ad fideicommiſſum, nec fit aliqua reſtrictio ad proximiores agnatos. In cōtrariū facit tex.in l.cum ita.§.fin. inf.tit.1.vbi admittūtur proximiores qui fuerunt tempore mortis, & ita ſecundū hanc ſententiā Dd.cōmuniter reſidēt, vt patet latiſsimè per Soz.in l. ſi cognatis, infr.de reb.dub. & ibi plures refert, qui ſecundū hāc ſententiā cōſuluerūt, & inter alia adducebat in ſimili bonū tex. & ibi And.de Iſer.in c.1.de feu.pat.vbi expreſsè deci
ditur, † quod in feudo admittaẽ proximior vlti- 105.
mo vaſallo decedēte, & And.de Iſ.adducit d.l. cū ita.§.fin. ita cōſuluerūt, teſte Soz. Alex. Bal. Nouel. Cor. & refert Florētię ſic iudicatū fuiſſe.
† Tamē in pūcto iuris cōtrariū eſt verius ꝑ tex. 106.
in

in d.§. fratre,vbi caſus,item facit ratio,quia qui accipiunt fideicommiſſum, non accipiunt manu teſtatoris, ſed manu hæredis, propterea non debet attendi tempus mortis, & debet attendi proximior, ſed tantum tempus quando caſus, & ita Alc. videtur hoc ſentire in d. l. pronuntiatio.

107. † Secundò quæro, Quid ſi teſtator dixerit, Relinquo Titio fratri meo, & meis de familia fundum quem prohibeo alienari extra familiã, qualis erit concurſus legatariorum ad iſtũ fundũ,an Titius frater teſtatoris debeat habere medietatem fundi,& alteram omnes de familia?& dicendum videtur,quod æqualis debeat eſſe di-
108. uiſio propter copulam. † Et,quę ſui natura ſolet æqualitatem inducere,& ęqualiter perſonas vocatas coniungere,l.reos.§. cum in tabulis,de duob. reis, l. 1. C. ſi plur. vna ſenten. l. 1. §. quid
109. ita,& ibi Dd.C.de cadu. † Contrarium eſt verius,vt attendatur ordo ſucceſsiuus propter affectionẽ naturalem & charitatem,quam magis habere videtur teſtator erga fratrem ſuũ, quàm erga alios de familia,ad hoc facit ſingularis gl. ab omnibus Dd. recepta,in l. Gallus. §. quidam rectè,in verbo, Nõ exprimat,circa medium,de
110. libe.& poſth. † Et ex prædicta gl. inferri poſſet,

ſet,vt ſi quis acciperet feudum pro ſe & alijs de familia,quod attenderetur ordo ſucceſsiuus, vt feudum prius ſpectare debeat ad recipientem, & ſuos deſcendẽtes, deinde ad alios de familia, & qui eſſent proximiores in familia,eo quia affectio & charitas hoc inducere videtur, vt recipiens magis ſibi quàm alijs conſulere voluerit.
Nam vt vulgò dici ſolet: † Prima charitas incipit à ſemetipſa,l.4. cum ibi no. C. de ſerui. & aq. & eadem ratione per authoritatem d. gl. Dd.inferunt,vt ſi teſtator inſtitueret fratrem & filios ſuos, quod attendatur ordo ſucceſsiuus, vt primò frater admittatur ad hæreditatẽ,deinde filij ſui,ita in ſpecie voluit Soz.poſt Cum.in d.§.quidam rectè,& in conſ.113.in 1. & 2.col. lib.2. † Animaduertendum tamen eſt,quod in iſtis caſibus ſiue in legato ſiue in hæreditate ſi perſonæ eſſent vocatæ ſpecialiter,& aliquę ſub nomine collectiuo, vtputa de familia filij fratris mei, & vnus prędeceſſerit ex numero eorũ, quod tantum admitterentur alij qui erãt vocati ſub nomine collectiuo potius quàm alij ſpecialiter vocati erãt, etiam quòd omnes eſſent re & verbis coniuncti, iuxta tex. in l. Re coniuncti, infr.tit.2.& ita Bar.ibi dicit aliiq; ſequuntur,& ibi aliâs dixi.

111.

112.

q † Tertiò

113. † Tertiò quęro, Teſtator prohibuit bona ſua alienari extra familiam, quia volebat perpetuò manere in familia, an fœminæ ſint admittendæ, & videtur quod nõ, quia fœmina licet ſit agnata, tamen agnatio deſinit in perſona ipſius, d. l. pronũtiatio, in fine, de verb. ſigni. Contrarium Dd. cõmuniter volunt, vt fœminę admittãtur, quia ſunt agnatæ, d. l. voluntas, & ibi Dd. C. de fideicom. & poſtea fœminæ poſſunt ſuos deſcendentes inſtituere, ex quo ſunt de venientibus ab inteſtato, d. §. cum inter, & ita in terminis voluit Corn. in conſ. 230. Quanquam, col. 10. in fine, li. 3. idem voluit Ma. Soz. iunior in cõſ.
114. 2. Superioribus menſibus, nu. 19. li. 2. † & iſta procedunt facilè ſi tenetur ſentẽtia ſuprà adducta, quod in terminis noſtris poſsit inſtitui hæres ex venientibus ab inteſtato, nec dicitur contrauentum fuiſſe teſtatoris voluntati, ſed ſi tenemus ſententiam noſtram legibus & rationibus comprobatam, non poteſt procedere prædicta ſententia, quia hoc modo daretur occaſio, quod non ſeruaretur teſtatoris voluntas, ex quo deſcendentes ex fœmina non ſunt de familia, & ſunt omnino extranei, ideo locũ habet tex. vbi caſus expreſſius in d. l. peto. §. fratre.
115. † CIRCA tertiã quęſtionẽ principalẽ, An

in

in aliquib. caſibus ſpecialibus licitũ ſit alienare bona prohibita alienari, vtputa ex cauſa dotis, donationis propter nuptias, in alimẽtis præſtã-dis, in ære alieno, & in alijs ſimilib. caſibus.

† Circa hanc quæſtionẽ primò quæro in ſpe- 116.
cie, an ex cauſa dotis non obſtãte teſtatoris prohibitione bona poſsint alienari. Bar. hic in hac quæſtione cõcludit abſq; vlla oppoſitione prędicta bona poſſe alienari; ita dicit Bar. hic poſt Iacob. ab Are. Sed vt aliqua opponantur circa hãc quæſtionẽ, videtur dicendũ prædicta bona non poſſe alienari, & ratio erat, quia lex tuetur ſemper teſtatoris voluntatẽ, & maximè expreſſam, vt in iſto caſu, immo & tacitã lex tuetur & protegit, vt apparet in l. cũ acutiſsimi. C. de fideicõ. in l. cũ auus, inf. de cõditi. & demõſt. l. generaliter. §. cũ autẽ. C. de inſti. & ſubſt. Itẽ reg. iu. eſt, q; teſtatoris volũtas ꝓ lege habeat. §. diſponat in auth. de nup. ideo nõ erat recedendũ à teſtatoris volũtate, niſi expreſsè cautum ſit à lege. Contrariũ, vt diximus, tenet Bart. per tex. in l. à filia, l. mulier. §. cũ proponeretur, inf. ad Trebel. & p tex. in auth. Res quę. C. Cõmunia, de leg. & hãc partẽ tenet Bal. & Saly. in l. fi. in pẽ. q. C. de reb. alie. nõ alie. Hãc quoq; ſententiã tenet Caſt. in cõſ. 13. idẽ vult Curt. ſen. i cõſ. 27. col. 5. circa

 medium.

medium, Alex. legendo & conſulendo, prout apparet hic per eum, & in conſ. 56. nu. 1. lib. 1. Corn. in conſ. 234. nu. 4. lib. 3. & iſta in effectu eſt communis ſententia, vt hic per Iaſ. & Alex.
117. † quæ ſententia æqua eſt vltra iuris diſpoſitionem, & vltra iura adducta per Bar. facit ratio, quia hoc videtur eſſe ſecūdum veriſimilē mentem teſtatoris, ideo facienda ſit extenſio per gl. nota. & ibi Dd. omnes in l. tale pactum. §. fin. de pact. & infr. dicam, defendendo hanc ſententiā. Contrariam verò ſententiam tenuit Iaſ. hic audacter contra omnes poſt Bal. in c. 1. §. donare. Qual. olim feud. ali. pot. qui mouebatur ſatis probabilibus argumentis reſpondendo ad prędicta iura, in quibus fundatur ſententia cōmunis. Et primò quod diſpoſitio d. auth. Res quæ, C. Cōmunia, de leg. cum aliis iuribus adductis per Bar. loquantur in exorbitantibus à regulis iuris cōmunis, cum teſtatoris voluntas à lege ſit approbata, vt teſtator poſsit prohibere alienationem bonorum ſuorū, propterea nō facienda ſit extenſio ad alios caſus, l. quod verò, l. ius ſingulare, de legib. l. ſi verò, §. de viro, ſupr. Solu. mat. Nec obſtat ſecundùm Iaſ. Alex. reſponſio, quod deberet fieri extenſio etiam quod eſſemus in exorbitantibus cū dotis cauſa contineat cau-

ſam

ſam fauorabilem, quo caſu fit ſemper extenſio in fauorabilibus, per no. Bar. in l. ſi conſtante, in 9. quæſt. primę partis, ſupr. Sol. matr. & l. illud. C. de ſac. ſan. eccle. potuiſſet Alex. optimũ tex. in ſpecie in cauſa dotis adducere in l. hoc modo, infr. de conditi. & demonſt. vbi IC. in cauſa dotis propter fauorem publicum qui in dote verſatur, dicit latiſsimam faciendam eſſe extenſionem. Secundò mouetur Iaſ. Nam omnia iura adducta per Bart. loquuntur in tacita prohibitione alienationis, vtputa in fideicommiſsis, quando bona erant reſtituenda alteri, quo caſu cẽſetur tacitè facta prohibitio alienationis, ideo non mirum eſt, ſi lex conceſſerit alienationẽ ex cauſa dotis, ſecus in terminis noſtræ quæſtionis, quando teſtator expreſsè prohibuit alienari veluti ædes &c. nam clarũ eſt, quod fortior eſt prohibitio expreſſa quàm tacita, probatur ſecũdum ipſum. Nam prohibitio expreſſa teſtatoris penitus reddit nullam alienationem ipſo iure, & impedit dominij tranſlationem in extraneũ, & repellitur alienans à repetitione rei alienatæ, quod ſecus eſt in tacita prohibitione, ratione fideicõmiſsi, ita gl. ſingularis eſt in l. cum pater, §. libertis, in gl. & latè per Bar. & Dd. hic: Item quia expreſſa eſt ſpecialis prohibitio ma-

giſoperatur quàm tacita,ſecundũ Bar. in l. quidam, §. fin. infr. ad Trebell. Corroboratur quia expreſſum facit ceſſare tacitũ, l. cum filio. §. 1. & ibi Bar. ſuprà de vulg. & pup. Licet tacitum & expreſſum æquiparentur in his, quæ veniunt ex natura contractus, l. cum quid, & ibi Dd. Si cert. pet. Tertio reſpondebat Iaſ. quod illa iura loquantur in perſona quæ tenebatur dotare videlicet in patre, & ſimilibus. Nam paternũ officium eſt dotare filias, l. fin. C. de dot. promiſs. l. qui liberos, de ritu nup. & ideo cum ſit officiũ, & talis perſona compellatur, non mirum eſt, ſi concedatur alienatio, prout dicit tex. noſter hic in fine, vt propter æs alienum, & ſic ex cauſa neceſsitatis bona prohibita alienari, poſſunt alienari, probatur per tex. in d. l. à filia, ibi, Loco æris alieni &c. & hanc ſententiã Iaſ. non ſolùm legendo tenebat, ſed & conſulẽdo, licet hic non dicat, vt patet in conſ. 231. nu. 3. li. 2. & pro confirmatione iſtius ſententiæ Iaſ. quoq; dicebat, fortior eſt prohibitio alienationis per vltimam voluntatem, quàm per contractum, quod probat, quia prohibitio teſtatoris impedit alienationẽ ipſo iure, gl. in l. cum pater. §. libertis; infr. tit. 1. & ibi per Bar. & alios, ſed prohibitio per contractũ non impedit dominij translationem.

Bar.

Bar.& Dd.in l.ſi ita quis.§.ea lege, de ver.obl. Sed ſi ſic eſt, quod ſi fiat prohibitio per contractum,tunc nõ habet locum diſpoſitio, d.Auth. Res quæ,vt gl.nota.vult, & ibi Dd. omnes, & Alex.hic refert,l.nulla.C.de iure doti.in verbo Prohibitum,in fine,& ibi Bald.dicit illã gl. eſſe menti tenendam, & in hoc argumento Iaſ. hic audacter figit pedes contra cõmunem ſent. ſed licet non dicat,argumẽtum iſtud fuit And.Sic. in Repe.Rub.extra de reb. eccl. non alie. prout hic dicit Crot. † His tamẽ non obſtantibus,cõ- 118.
munẽ ſententiã arbitror eſſe verã,pro qua ſi iura adducta per Bart.bene inſpiciãtur, videtur hoc decidere.Nã in l. mulier.§.cũ proponeretur,dicitur,Pudicitiæ mulieris & patris voto videtur cõgruere,nõ aliud vult IC.ꝙ quod fauore dotis hoc fuiſſet introductũ,ne mulieres remaneãt indotatę,& ꝑ conſequẽs pudicitiã ſeruare poſſent, ꝙ facile ſequi poſſet ſi nuptui tradũtur,aliâs ſecus.Nã abſq; dote non facile reperiũtur mariti, & per cõſequẽs pudicitia facile corrũpi poſsit. & hoc expreſse ſentit tex.in d.auth.Res quæ,vbi Imperator tradẽdo rationẽ quare bona ſubiecta reſtitutioni ex cauſa dotis alienari poſsint, dicit:Ea.n.quę omnib.cõmuniter &c.& ſic apparet ꝙ ideo leges hoc cõceſſerint ꝓpter fauorem

rem publicum, vt mulieres eſſent dotatæ, cum Reip. interſit illas eſſe dotatas, l. 1. Sol. mat. Ratio præalleg. in d. auth. Res quæ, eſt generalis, ideo non debet limitari dictum, & per conſequens in quocunq; caſu bona prohibētur alie-
119. nari, poſſunt ex cauſa dotis alienari. Nam † ratio generalis extendit, & non reſtringit dictum, l. cum pater. §. dulciſsimis, infr. tit. 1. facit dictū Bar. in l. metum, §. animaduertendum, in primo nota. Quod me. cau. quod ratio indeterminata continet omnem determinationem, quæ poteſt adaptari ad eam. Nam ratio legis eſt mens eius, Bar. in l. cum mulier, in prin. vbi Alex. ſingulariter no. ſupr. Sol. mat. Bald. in l. maximū vitium, verſ. Sed Iacob. ab Are. C. de libe. præter, & iſta fuit ſententia Bar. & aliorū, licet non ponderent illas leges in ſuis rationibus, & probatur hoc quoq; in d. l. à filia, ponderando verba vt ſuprà, ibi, Loco &c. item in d. §. cum proponeretur, dicitur teſtatoris voto congruere, ex quo apparet legem fundari in teſtatoris expreſſa volūtate, & hęc ſentētia probatur: Nam ſi eſſemus in expreſſa teſtatoris voluntate, vt cauſa dotis non contineatur, tunc ceſſaret diſpoſitio d. Auth. Res quę, cum alijs iuribus, pro qua cōcluſione facit tex. in d. §. ſanctiſsimas. de alie. & emphi.

emphi. vbi in fortiori dicitur, quod ſi donans pijs cauſis expreſsè prohibeat dictarum rerum alienationem etiam pro redemptione captiuorum, quod valeat pactum, & pro iſta opinione facit tex. in auth. de reſtitu. & ea &c. verſ. Quãobrem, ex quo extracta eſt d. Auth. Res quæ, vbi Imp. poſt eandem rationem aſsignatam in d. auth. Res quæ. Ea enim quæ &c. dicit, quod ideo vult, vt ſemper de omnibus reſtitutionibus bonorum intelligatur exceptus caſus dotis, quia cum leges ante ipſum ex generalibus hypothecis plurima per præſumptionem exceperint, vt dicitur in l. obligationum, l. denique, de pigno. pro qua ſentẽtia cõmuni ego vltra alios adduco text. vbi videtur eſſe caſus iſtius quæſtionis, per quem text. omnia argumenta Iaſ. & Croti &c. ceſſare videtur, videlicet in l. Lucius Titius, §. maritus, infr. ad Trebel. vbi dicitur, quod in generali fideicõmiſſo caſus dotis non continetur, & ſic probatur, quod lex omnino voluit cauſam dotis eſſe priuilegiatam, & iſta ſententia cõmunis tenenda eſt, quæ habet æquitatem propter rationem aſsignatam in d. §. cum proponeretur, propter pudicitiam, ac etiam regula eſt, quod ſemper in dubijs fauendũ eſt dotibus, l. in ambiguis, de iur. doti. Non omitto

tamen vnum quod Imp. male loqui videatur in d. verſ. Quamobrem, dum dicit ante ipſum nõ fuiſſe inductum, vt bona ſubiecta reſtitutioni potuiſſent alienari. Nam ante ipſum in d. §. cum proponeretur, in d. l. à filia inductum erat, vt talia bona poſsint alienari ſpecialiter ex cauſa dotis, l. omnium. C. de teſta. c. 1. de conſtitu. in 6.

Communis Dd. ſententia poſita pro vera limitatur à Dd. hic nonnullis modis, & primò:

120. † Niſi teſtator manifeſtè prohibuerit bona non alienari etiam ex cauſa dotis. Nam in tali caſu cum expreſsè conſtet de ſententia & voluntate teſtatoris, tũc bona prohibita alienari, licet aliâs ex cauſa dotis poſsint alienari, non poſſunt diſtrahi. ita Alex. conſulendo dixit in præalleg. conſ. 56. li. 1. & conſ. 23. lib. 2. & in effectu hęc fuit ſententia Baldi in l. nulla. C. de iur. doti. pro hac cõmuni limitatione adducitur tex. per Dd. in d. §. ſanctiſsimas inducendo, vt ſæpe dictum eſt, facit etiã tex. in d. §. cũ proponeretur, prout ſup. dixi, vbi probatur, quod diſpoſitio d. auth. Res quæ, procedat ex quadam præſumpta & veriſimili mente teſtatoris, quæ videtur ceſſare cum expreſsè conſtet de contraria teſtatoris mente. Nam, vt dictum eſt, expreſſum facit ceſſare tacitũ, item videtur eſſe caſus in d. l. Lu-

cius

cius Titius. §. maritus, ibi, Niſi manifeſta eſſet de dote, &c. cum declaratione gl. ibi, quę declarando dicit, videlicet ſi dictũ eſſet per teſtatorẽ expreſſe, volo bona non alienari extra familiã, etiã ex cauſa dotis. Neq; obſt. Paulũ Caſt. contrariũ dixiſſe in d. conſ. 13. aliâs 80. prima parte, vbi dicit, quod bona prohibita alienari poſſunt alienari ex cauſa dotis hoc procedere ex defectu poteſtatis, non autem voluntatis. Nam ſi dos introducta ſit iure publico, vt patet in d. l. 1. Sol. matr. cum ſimilibus, ideo teſtator non poteſt diſponere quod ll. non habeant locum in teſtamento ſuo, l. nemo poteſt, cum ſimilibus, infr. tit. noſtro, & ius publicum priuatorũ pactis tolli non poteſt, l. ius publicum, de pact. l. quod de bonis. §. 1. infr. ad l. Falci. & hoc etiam accedente iuramento, c. ſi diligenti, vbi Dd. ext. de for. compe. quia reſpondetur diſpoſitionem, d. auth. Res quę, cũ alijs ſuprà adductis, nõ procedere ex defectu poteſtatis, imò teſtator poteſt ſi expreſſe apparuerit de ipſius ſentẽtia. Sed bene in dubio lex cõtrariũ prǽſumit, vt apparet ex iurib. ſup. adductis, & maximè in d. §. cũ proponeret in ſimili, d. §. ſanctiſsimas, d. §. maritus. Nã cauſa dotis licet fauorẽ publicũ reſpiciat, tamẽ non dicitur continere fauorẽ publicũ principa-

 liter

liter ſed ſecũdario,vt patet in d.l.1. Sol.mat. & ibi Dd.not.illũ tex.probatur etiam in ſpecie, in in c. licet mulieres, de iureiur.lib. 6. vbi mulier poteſt renuntiare iureiurando ſuis priuilegijs, quod non poſſet ſi fauor publicus principaliter conſideraretur,d.c.ſi diligẽti, & iſta ſentẽtia mihi ſemper placuit. Sed tamẽ ſuperuenit vnũ quod me dubium reddit,Nam in iſtis terminis, quod bona prohibita alienari extra familiam non poſſuntalienari, tamen ex cauſa dotis poſſunt iuribus expreſsis, tamẽ hoc non tantũ prouenit ex præſumpta teſtatoris volũtate,ſed alijs rationibus ſuprà adductis.Nam tex.in d.§.cum proponeretur,duas tradidit,reſpectu pudicitiæ & voti teſtatoris,& tex. in d.l. à filia, rationem tradit, quia loco æris alieni, ideo non curandum eſt de teſtatoris voluntate,quia lex fauore dotis ſtatuit, non propter teſtatoris mentẽ tantùm,ſed propter alias rationes. Ideo licet ceſſet vna ratio,ex qua remanent aliæ,debet remanere legis diſpoſitio per regulam vulgarem, quod quando plures rationes ſunt, vna ceſſante, non tamen ceſſat legis diſpoſitio alijs remanentibus. §.affinitatis. Inſt.de nup. l. ſi ventri. §. quod in bonis,& ibi not. de priui. cred. Bar. & Dd. latiſsimè in l.ſi cõſtante,Sol.mat. Nec video quomodo

modo poſsit defendi communis ſententia, niſi dicamus quod ſuprad. rationes non ſint æquè finales & principales, ſed quod tantùm principalis ratio ſit, quæ fundatur in teſtatoris voluntate.

† Secundò limitatur. In contractibus, ita gl. nota. vult in d. l. nulla. C. de iu. doti. quā ibi ſequitu rBar. & Dd. omnes, & Alex. hic, col. 4. & eandem ſequitur Iaſ. in d. auth. Res quæ, & omnes ſcribentes hic indifferenter, & ratio huius communis limitationis eſt, quia diſpoſitio d. auth. Res quæ emanauit ex quadam pręſumpta voluntate, vt dictum fuit, quæ ratio ex pręſumptione non militat ita in contractibus, ſicut in vltimis voluntatibus, quia in contractibus ſtricte agitur, & ſolum inſpicitur id quod dictum eſt, l. veteribus, ibi, Latè debebas &c. de pact. l. quicquid aſtringendæ, de verb. obl. confirmatur iſta ſententia per Crot. hic per dictū Bar. in l. liberorum, col. 3. de verb. ſigni. vbi voluit quod appellatione filiorum non veniant nepotes in contractibus, arg. d. l. veteribus, quod ſecus eſt in vltimis voluntatibus, l. in teſtamētis, de reg. iu. c. cum dilecti, ext. de donatio. Iſtud dictum Bar. intelligi debet in contractibus non fauorabilibus, aliâs ſecus, vt patet in l. quod ſi 121.

 nepotes,

nepotes,de verb.ſigni. vbi ſumus in vltimis voluntatibus,& tamen appellatione filiorum non veniūt nepotes,idē conſiderari debet in contractibus. Nam in contractu donationis,qui eſt fauorabilis,latior fit interpretatio,d.c. cū dilecti.

121 † Iſta tamen cōmunis ſentētia Dd. pace,videtur eſſe periculoſa,nec de iure procedere; & primò obſtat tex. in d.§. ſanctiſsimas,vbi ſumus in cōtractibus. & ibi expreſse conſtat, quod ſi non eſſet dictū,quod pro redemptione captiuorum bona donata non debent alienari, tamen valet alienatio fauore redemptionis,d.l. ſancimus.C. de SS. eccl. Secundò faciūt ſupra adducta,vt fortior ſit prohibitio per vltimas voluntates q̃ per cōtractus,quod probatur,vt diximus. Nam prohibitio alienationis per vltimas voluntates reddit ipſo iure venditionē nullā, ſecus in prohibitione per contractū,ſecundum Bar. & alios Dd. in d.l. ſi ita quis.§.ea lege,de verb.obl. Si ergo in prohibitione per vltimas volūtates caſus dotis ſemper intelligitur exceptus,ſecūdum cōmunem ſentētiam, quam latè deduximus, ergo

122. idem eſt dicendū in cōtractibus. † Nam vbi eſt eadē ratio,ibi debet eſſe eadē iuris diſpoſitio, l. illud,ad l. Aquil.c.translato,ext.de cōſtitu. † &

123. validū eſt argumentū de contractibus ad vlti-

mas

mas voluntates, & econtra, quãdo eſt eadem ratio, l. ſeruum filij, §. eum qui chirographum. infrà tit. 1. Item facit quia conſiderando rationem d. auth. Res quæ, & d. verſ. Quamobrem cum ſit generalis ratio fauore iuris publici, vt cauſa dotis intelligatur excepta, cur hoc nõ debet habere locum in cõtractibus, cum eadem ſit ratio. facit etiam † Regula, quod lex generaliter 124.
loquens, nunquam contineat cauſam dotis, in odioſis, l. fi. in prin. C. de iur. doti. & ibi Sal. no. quod ſi ſtatuto caueretur, quod Notariorũ inſtrumenta non probent, niſi in archiuio publico ſint regiſtrata, non continentur iſto caſu dotis inſtrumenta; ad idem facit, renuntiatio generaliter facta non continet dotem renuntianti debitam in caſu quo dos ſurrogetur loco legitimæ. Bart. in d. l. Titio centum. §. Titio genero, infrà de conditi. & demonſtr. Caſt. in conſ. 131. Licet Domina Lyſa, in fine, & ità tenendo non obſtant ſuprà adducta. Et vltra authoritatẽ gl. eſt ratio cõmunis. Quod ideo cauſa dotis intelligatur excepta, cum proueniat ex præſumpta mente teſtatoris. Ideo iſta præſumptio non eſt faciẽda in cõtractibus ſicut in vltimis volũtatibus. Reſpõdetur talis præſumptio à lege introducta, vt apparet per Imp. in d. verſ.

Quam-

Quamobrem,& ante ipſum, vt dixi per I C. in dictis iuribus. Iſta præſumptio legis ita militare videtur in cōtractibus, ſicut in vltimis voluntatibus. Dd. ratio procederet quando eſſet hominis præſumptio, tunc facienda eſſet differentia inter contractus, & vltimas voluntates, vt id quod in contractibus non eſt appoſitum cenſeatur omiſſum,nec fiat interpretatio per rationes quas I C. tradunt in d. l. veteribus, d.l. quicquid aſtringendę. Secus eſt in caſu noſtro, vbi ſumus in præſumptione legis quæ generalis eſt,& omnes caſus continet, & iſta ſententia fauet dotibus,ideo amplectenda eſt,arg. d. l. in ambiguis,de reg.iu. & de iu.dot.

125. † Tertiò limitatur cōmunis concluſio duntaxat in liberis & deſcendētibus,ſecus inter extraneos,ita Bar.declarādo reſtringit in d. auth. Res quæ,mouetur per illum tex. & in corpore, vnde ſumitur in auth. de reſti. & ea &c. verſ. Quamobrem, vbi iura prędicta loquuntur tantùm in liberis & deſcendētibus, ſeq. Raph. Comenſis ibi, & Alex. hic, dicens hanc eſſe magis communem ſentētiam. Sequitur Iaſ. in d.auth. Res quæ, Are.in conſ. 37. Sequendo ordinem qui ad hoc ſpecialiter adducit, l. 3. §. liberis, de leg. præſt. Soz.in ſuo compendio Fallentiarū,

in

in regula 12. in penultima limitatione, ad hoc addo tex. in d. l. à filia, cum ratione ibi tradita per l C. ibi, Loco æris alieni, quod tantùm conſiderari videtur in parentibus & deſcēdētibus, cum paternum officium ſit dotare filias ſuas, d. l. fin. C. de dotis promiſſ. d. l. qui liberos, de ritu nupti. † Contrariam ſentētiam tenet gl. in d. 126.
verſ. Quamobrem, in verb. Sufficeret, in fine, & ibi Iacob. de Belui. ſeq. Si quis tamen ſaltem diſputando defendere vellet ſententiam gl. facilè poſſet, vt diſpoſitio d. auth. Res quæ, habeat locum etiam inter extraneos, notādo ibi rationem tex. q fundatur in fauore publico, ibi, Ea em̄ etc. qui conſideratur vt mulieres ſint dotatæ propter publicam vtilitatem, l. 1. Sol. matr. l. 2. dè iu. doti. & eadem ratio repetitur per Imp. in d. verſ. Quamobrem, ideo cum ratio ſit generalis, generalis debet eſſe diſpoſitio, l. 1. §. generaliter, infr. de leg. præſtan. l. in fraudem, in fine, ſuprà de militari teſtamento, accedit ratio d. l. mulier. §. cum proponeretur, ibi, pudicitiæ & parentis voto, &c. quæ rationes militant inter extraneos. Item facit pro hac ſententia. Nam ſi verū eſſet, quod diſpoſitio d. auth. Res quæ, indiſtinctè nō procederet inter quaſcunqꝫ perſonas, ſequeretur maximū abſurdum, quod nulla

s eſſet

eſſet prouiſio Imper. & nihil de nouo induceret quod eſſet contra tex.in d. verſ.Quamobrẽ, vbi expreſsè Imp. dicit, Nouiter prouidiſſe ꝙ factum fuerit, &c. cum in parẽtibus & deſcendentibus ante ipſum I C. diſpoſitum erat. & ita tenendo non obſtat dictum Bar. ponderando tãtùm verba tex. illius, quia cum ratio, vt dictũ eſt, ſit generalis, dictum debet generaliter intelligi per doctrinam eiuſdem Bar. in l. metum. §. animaduertendum, quod me. cau. & hoc maximè dicendum eſt in caſu noſtro, cum tractetur de fauore dotis, & ratio ſit generalis, ideo latiſſima interpretatio faciẽda eſt ad quaſcunqꝫ perſonas, prout optimè dicitur in l. hoc modo, inf. de conditi. & demonſt.

127. † Iuxta præd. moueo quæſtionem, quæ nota. & quotidiana eſt, an bona feudalia poſsint alienari ex cauſa dotis ſine cõſenſu domini directi, intelligendo ſemper quando non eſſent alia bona allodialia, vt loquitur præcedens quęſtio, in qua quęſtione videtur dicendum bona feudalia dari poſſe, arguendo de bonis emphiteuticis ad bona feudalia, cum in prædictis bonis licita ſit conſignatio ex cauſa dotis, vt volũt Spe. & Io. And. in tit. de loc. §. nunc aliqua, verſ. 119. idem vult Hoſt. in ſua ſumma, in tit. de loca. §. fin.

verſ.

verſ. Nunquid ergo &c. ita tenet Imol. in c. potuit, ext. de loca. Saly. & moder. in l. fina. C. de iu. emphi. Alex. in conſ. 183. col. 2. Viſo themate, & pro hac ſententia videtur eſſe tex. in c. 1. de inueſti. quam acce. Titi. & Sem. c. 1. de hoc quod ſibi vel hære. ſuis; vbi expreſsè probatur bona feudalia poſſe dari in dotem. Contrarium dicendum eſt ſine conſenſu domini, ad hoc eſt caſus expreſſus in c. 1. §. donare, Qual. olim feu. pe. & ibi Doct. communiter, gl. quoque idem dicit in c. Imperialem, de prohib. feud. alie. per Fede. Spec. ſibi contrarius, in tit. de loca. Iacob. de Bel. Nicol. de Neap. in d. c. 1. de inueſt. quam acce. Titius &c. ratio eſt in promptu, quia appellatione alienationis continetur & cõtractus emphiteuticus, l. fin. C. de reb. alie. non alie. Sed bona feudalia prohibentur alienari, vt per totum titulum de prohib. alie. per Fed. & Loth. Impp. quia dominium ſaltem vtile transfertur, & propterea cenſetur prohibita alienatio. Circa hanc quęſtionem Dd. varia dixerunt, & Francif. Curt. in tract. feuda. in 4. parte quæſt. 4. refert plures diſtinctiones Dd. feciſſe, & in effectu, omiſsis multis; verior videtur eſſe reconciliatio illorũ iuriũ, hoc modo diſtinguẽdo. † Aut ſumus in patre dotãte, aut in filia. 128.

Primò caſu nullo modo pater poteſt dare bona feudalia in dotem, & ita procedat tex. vbi caſus in d. c. 1. §. donare, gl. in d. c. Imperialẽ, cum alijs ſuprà adductis, pro qua ſententia facit. Nam ſi non eſt licitum alienare feudum etiam pro ſalute animæ, vt dicit §. donare, minus poteſt aliena-
129. ri pro dote. † Nam dos propriè non eſt pia cauſa niſi ſit relicta pauperi, & pietatis intuitu, & ita procedit l. cum is. §. ſi mulier, de condicti. inde. pia cauſa nanq; eſt, quando aliquid pro anima relinquitur, gl. ſing. in l. ſi quis Titio, infrà lib. 1. Aut ſumus ſecũdo loco in filia quæ admiſſa fuiſſet ad feudum iure inueſtituræ deficiẽtibus maſculis, & tunc illa indiſtinctè poterit dare feudum nomine dotis, nõ ſolùm ad vitam eius, ſed poſt eius obitum poteſt transferre feudum ad ſuos filios abſq; cõſenſu domini, & ita procedat tex. in d. c. 1. de inueſtitu, quam acce. Tit. &c. & tex. in d. c. 1. de eo qui ſibi vel hære. ſu. quæ iura loquuntur in filia conſignãte bona feudalia marito nomine dotis, hoc idem etiam
130. videtur ſentire tex. in d. c. nuper. † Benè verum eſt, quod Aluar. in d. §. donare dicebat ſecurius eſſe & conſultius mulieribus conſignantib. feudum nomine dotis, vt faciant cum cõſenſu domini directi ad euitandas tot Dd. ſententias, be-

ne

ne verum eſt, quod optimum eſſet, ſed ſi non poteſt habere conſenſum, dicendum eſt, vt poſſit, & in hac opinione magis communis Doct. opinio reſidet, vt patet in ſupradictis locis. † Et rationem diuerſitatis inter caſum & caſum ponebat Alua. in præalleg. quia quando parẽs dat feudum pro filia nomine dotis, videtur abdicare à ſe dominium, ideo eſt alienatio, & per conſequens non valet abſq; conſenſu domini, quia parens conſignãdo dotem filiæ ſuæ in bonis feudalibus, trãſtulit dominium in filiam. Secus eſt in filia aſsignante feudum marito. Nam ex quo illa ſemper remanet domina rei dotalis, l. in rebus. C. de iur. doti. l. doce ancillã. C. de rei vẽd. & ſic remanet etiam domina feudi, ideo non videtur ab ſe abdicare dominium, & per conſequẽs non dicitur facta alienatio, ſed tantùm videtur conceſſus vſusfructus, quo caſu valet d. c. nuper. Solùm enim vſumfructũ conſequitur maritus, & vxor remanet proprietaria, imò etiã illa vtitur illo vſufructu vnà cum marito propter ſuſtinenda onera matrimonij, l. vbi adhuc. C. de iu. doti. Si ergo non eſt alienatio, ergo poteſt diſponere abſq; conſenſu domini directi.

† Secundò acceſſoriè quæro, an ſicuti ex cauſa dotis vel donationis propter nuptias licitum 131.

ſit bona ſubiecta reſtitutioni alienare, d. auth. Res quæ, ſecundum communem præcedentem ſententiam ſit licitum, etiam ex cauſa alimentorum bona prohibita alienari, & videtur dicendum, quod nõ, quia diſpoſitio d. auth. Res quę, loquitur duntaxat in cauſa dotis, de alimentis nullibi cautũ eſſe repitur, ſed diſpoſitio d. auth. Res quę, eſt exorbitans à regulis iuris cõmunis, vt teſtatoris pręceptum cum cauſa valeat & teneat de bonis non alienandis, §. noſtro, d. l. peto. §. fratre, inf. tit. 1. §. Iulianus Agrippa, inf. eod. tit. 2. cum pluribus alijs iuribus, ideo nõ ſit extendenda, l. ius ſingulare, l. quod verò, de legib. ita arguebat Bal. vt dixi ſuprà in d. c. 1. §. donare. Corroboratur, quia diſpoſitio d. auth. Res quæ, eſt correctoria iuris, vt dictum eſt, ideo nõ extendenda, l. præcipimus. C. de appellat. & in correctorijs nõ eſt licita extenſio, etiã vbi ſit eadẽ ratio per no. in auth. quas actiones, vbi Bar. C. de SS. eccl. l. ſi conſtante, Sol. mat. l. Marcellus, inf. ad Trebel. Quia diſpoſitio d. auth. Res quæ, emanauit fauore publico, vt ſup. latè diximus, quæ ratio non militare videtur in alimentis, in quibus non publica, ſed priuata vtilitas verſari videtur, & propterea cũ non eadẽ ſit ratio, non debet fieri extenſio. Nã ceſſante ratione

legis,

legis,debet ceſſare legis diſpoſitio, l. adigere.§. quãuis,de iur. patro. c.cũ ceſſante,cum ſimilib. de appel.& ita voluit gl.in d.auth. Res quæ, in verbo Oblig. quã Sal.ibi ſeq. Verũtamen contrariũ dicendũ eſt,quod ex cauſa alimentorum licitũ ſit bona prohibita alienare, ita vult Iaco. ab Are.quẽ ſeq.Old.per no.in ſimili,in d.l.ſancimus.C.de SS.eccleſ.& ita Bar.in d.auth. Res quæ,ſequitur opinionẽ Iac.ab Are.& Oldr.cõtra gl. dicens, ꝙ ita cõmuniter teneatur,& mouetur hoc argumento, Quod ſicuti officiũ paternũ ſit dotare filias,d.l.fi.C.de do.promiſ. ita etiã officiũ paternũ eſt alere filias,adhoc eſt nota.gl.quę facere videtur in propoſito,in l.ob ęs, C.de pręd.min.ibi gl.extẽdit diſpoſitionẽ illius tex.ad alimẽta,ne quis pereat fame,& ſic in fortiorib. terminis videt̃ argumentũ ꝓcedere, hoc ſimili arg.vſus eſt Bal.in cõſ.50.li.5.et breuiter iſta eſt cõis opinio Dd. hic,quorũ ſentẽ.etiã mihi placet,vt iſtud argum.† vt ille q teneatur dotare,teneatur etiã alere,hoc modo ꝓcedat,vt voluit Bar.in d.auth.Res q̃,tamẽ huiuſmodi argumentũ nõ valeret ecõtra,vt ille q teneat̃ alere,teneretur etiã dotare. Nã frater tenetur alere ſororẽ nõ vtrinq; cõiunctã, quãdo nõ habet vnde ſe alat,vt eſt tex.in l.filiũ,in fine,& ibi gl.& Bald. 132.
no.

no. ſupr. vbi pup.educ.deb. & tamen non tenetur dotare,l.cum plures.§.pen.in verſ. Ex eodē patre, ſupr.de admi.tuto. Item pater naturalis tenetur alere filiam,& tamen non tenetur dotare,l. vxorem.§.pater naturalis,inf.tit.2.& iſtud argumentum latè probant Dd. & præſertim Alex.in l. 1. ſupr. Sol.matr. poſt Ang.in d.l.à filia, infr.ad Trebell. & pro hac communi ſen-
133. tētia facit.† Nam pro neceſsitate,ne quis pereat fame,multa cōtra iuris regulas facta ſunt. Nam parenti licitum eſt,ne fame pereat,vendere filiā, l.1.& 2.C.de patrib.qui fil.diſtrax. Itē propter neceſsitatē famis & rationem alimentorū quis excuſatur à furto.c.3.de furt.& in c.diſcipulos, in fine,de cōſecr.diſt. ibi:Quia coacti fame hoc fecerunt, no. in l. 2. §. cum in eadem naui, ad l. Rhod.de iact.Plura cōgerit Petr. Gerardus de Petra ſancta,in ſuis ſingularib. nu.100. Quod tamen intelligendū eſt in rebus aptis ad comedendum. Non autem licitum eſt,argentum,veſtes,& ſimilia,propter famem furari, vt oſtēdit Decius in l. quæcunque, col.19.nu.80.de offi, eius &c. Item videmus,quod cauſa alimentorū eſt cauſa ſummaria,& dieb. feriatis agi poteſt, ne quis fame pereat,l.1.& 2.de Ferijs,vbi gl.& Bal. & facit ratio vniuerſalis. Quod neceſsitas

non

non habeat legem, & in neceſsitate omnia debẽt eſſe cõmunia, 47. diſt. c. ſicuti, eſt gl. nota. in d. c. diſcipulos. itẽ pro hac ſentẽtia facit expreſsè. Nam ſi pro ęre alieno conceſſum eſt, bona prohibita alienari vendere, ita & pro alimẽtis, cum naturali iure debeamus alere nos & filios noſtros, l. 1. in fine, de iuſ. & iu. & facit adhoc optimus tex. in d. l. à filia, item accedit pro hac ſententia. Nã bona prohibita alienari ex præſumpta teſtatoris voluntate alienantur, d. l. mulier. §. cum proponeretur, ibi, Teſtatoris voto, &c. ſed teſtatoris volũtas pręſumpta eſt in fortioribus terminis, vt ſi concedit ex cauſa dotis bona alienare, multò magis ex cauſa alimẽtorũ. Nam ſæuus eſſet teſtator ille, qui hoc non permitteret, necare enim diceretur, l. vel necare, ſuprà de lib. agnoſc. & idem voluit Alex. in l. ſi diuortio, Sol. mat. Aymon Crauetta conſ. 25. nu. 31. plura præponuntur, li. 1. † Neque obſtat ratio, 134.
quod non ita verſatur publica vtilitas in alimẽtis, ſicut in dotibus. Nam ſi quis negat alimenta, occidere videtur, d. l. vel necare, & ſicut Reipub. intereſt cauſa dotis ciuitatem hominibus replere, d. l. 1. Sol. mat. ita etiam intereſt Reip. homines conſeruare, facit quod eleganter dicit IC. in l. 1. §. & generaliter, in fine, de vẽt. in poſſ.

t mitten.

mitten. puerum non ſolùm naſci parẽtibus, ſed etiam Reipub. item ſi procreantur liberi, reſpicit publicam vtilitatem, l. 1. Solut. matr. l. hoc modo, infr. de conditi. & demonſt. eodem modo conſeruare, cum abſque conſeruatione procreatio non prodeſſet Reipub. ergo conſeruare natos ne fame pereant, eſt Reip. conſulere, nam eiuſdem iuris eſt conſeruatio ſicut procreatio. Necq; etiam obſtat, quod diſpoſitio d. auth. Res quæ, ſit exorbitans, & per conſequẽs non extẽdenda: quia, vt ſuprà diximus, ex quo continet cauſam fauorabilem, vt homines conſeruentur ne fame pereant, licita debet eſſe extenſio, per dict. Bart. in l. 1. Si conſtante, in 9. quæſt. primę partis, & adhuc multa poſſem adducere, in quibus lex fauorabiliter procedit in cauſa alimentorum.

135. Tertiò acceſſoriè quærendum eſt, an ex cauſa ſtudiorum bona prohibita alienari poſsint alienari. Ang. hic col. vltima mouet hanc quæſtionem, & nihil adducit in cõtrarium, ſed ſimpliciter dicit, nullo modo poſſe prædicta bona alienari ex cauſa ſtudiorũ, & ita limitauit text. in d. auth. Res quæ, & hoc probabat, quia pater ab initio nulla l. compellitur ad impẽſas ſtudij filio ſubminiſtrãdas, ſicuti tenetur ad dotes vel dona-

donationes propter nuptias, cum ſit officium paternum dotare filias, d. l. fin. C. de dot. pro. & quod pater non teneatur ab initio ad expenſas filij diſpoſitione legis, voluit Bar. in l. de bonis. §. non ſolùm, infr. ad Carboni. idem Bart. in l. quidam cum filium, de verb. obl. & ita Iaſ. dicit in d. auth. Res quæ, col. fin. in 10. limitatione, & hæc eſt cõmunis concluſio Dd. Quibus tamen non obſtantibus ſi quis vellet tenere contrariũ, facile poſſet, quia, vt ſuprà pluries dictum eſt, d. auth. Res quæ, emanauit per Imperatorem cauſa publicę vtilitatis, vt ibi expreſsè apparet,
& ſuprà latè dictum eſt. † Sed cauſa dotis & 136.
ſtudij æquiparantur, ergo debet fieri extenſio, quod autem æquiparentur, nota. voluit Bar. in l. 1. *in* fine, ſuprà, Sol. mat. vbi voluit, quod idem priuilegium habeat cauſa ſtudij ſicut cauſa dotis, adducẽs tex. in l. aſsiduis. §. exceptis. C. Qui pot. in pig. hab. & publica vtilitas ita verſatur in cauſa ſtudij, ſicut in cauſa dotis. Nã vt dicit ibi Bar. ꝑpter ſcientiã quis efficitur Doctor, & poteſt legere, vel erit in magiſtratibus, aut poſſet etiã Cardinalis aut Pontifex eſſe, vt ſingulis dieb. videmus, hoc expreſsè dicit Imp. in §. fi. in
prohemio Inſt. facit q̃d in ſimili dicit. †Nã licet 137.
cõtractus incertus nõ valeat, vt latè per Bart. &

Dd. in l. ita ſtipulatus ſum, de verb. obl. tamen cauſa dotis ratione incertitudinis non vitiatur, l. cum poſt. §. gener, de iur. doti. hoc idem eſt in relicto cauſa ſtudij vel alterius artificij addiſcẽdi, vt etiam valeat & teneat quod nõ ſit expreſſum de impenſis, vt eſt tex, nota. in l. Stichus, infrà tit. 2. qui tex. eſt ſingularis, & nota. ad nota. dictũ Archid. 1. quæſt. 1. c. ſunt nonnulli. Cuius dictũ plurimum cõmendat Alex. in l. ita ſtipulatus, *la grande*, nu. 9. de verb. oblig. & nihil adducunt, niſi quod ius Canonicũ innitatur æquitati, c. dilecti, de iudic. Sed ibi eſt optimus tex. vbi prætor & arbiter non vitiãt promiſsiones. Ratio eſt, quia tales perſonæ ex æquo procedũt, l. quod ſi Epheſi, de eo quod cer. loc. & gl. dicit in d. §. gener. facit etiam quod dicitur ſalarium deberi cauſarum patrono etiam nudo pacto, licet ſtipulatio non accedat, vt eſt tex. nota. & ibi Bal. & Dd. in l. vnica. C. de ſuffra. facit etiam dictũ Bal. in l. 1. ſupr. Sol. mat. Quod ſicut inſtrumẽtum eodem die confectum fauore dotis præſumitur anterius, d. l. 1. & ibi Bar. & oẽs Dd. ita etiam ſi eſſet inſtrumẽtum ſalarij doctoris vtique præferreretur omnibus inſtrumentis confectis eodẽ die. Nec obſtat dicere, quod pater nõ teneatur ad impẽſas cauſa ſtudij, & poſ-

ſit

ſit recuſare. quod ſecus eſt in cauſa dotis cum officio iudicis compellatur, d. l. fin. C. de dot. pro. l. qui liberis, de ritu nup. & propterea bona prohibita alienari, non poſſunt alienari contra mentē teſtatoris, quia reſpōdetur, quod ex quo diſpoſitio d. auth. Res quæ, in verſ. Quamobrē, vt ſuprà dixi, fundatur in præſumpta voluntate teſtatoris, vt ibi dicitur, & patet etiam in d. §. cum proponeretur, quod iſta prȩſumpta volūtas videtur ceſſare ex cauſa ſtudij. Non fundatur principaliter, quod in cauſa dotis pater cōpellatur. Sed in fauore publico, vt ibi expreſsè dicitur in corpore, vnde ſumitur in verſic. Quāobrem. Item ille qui prohibuit videretur permiſiſſe pro cauſa ſtudij, cum ſit tam fauorabilis, & maior vtilitas reſultari poſsit toti familiȩ. Si ille prohibitus daret operam ſtudijs, quia ſuis virtutibus familiam, patriam, totā deniq; prouinciā illuſtrare poſſet, vt in ſimili dicebat Bar. in d. l. 1. in fine, ſupr. Sol. mat. adeo vt ſi teſtator interrogatus fuiſſet, ita reſpōdiſſet, arg. d. l. mulier. §. cum proponeretur, & no. in l. tale pactū, §. fina. de pact. Item poſito quod ceſſet illa ratio, de qua per Dd. nihilominus potentior ratio eſt fauor publicus, qui in hoc prȩferendus eſt, prout Imp. ſolùm iſtam rationem conſiderat in d.

138. auth. Res quæ. † Nam fauor publicus omnino verſatur in Iuriſperitis &c. & orbis abſq; illis regi non poſsit, vt Imp. inquit in auth. Habita. C. ne filius pro pat. & plura addit Panor. in c. de multis, in verb. Sublimis, ext. de prębend. Et licet in cauſa ſtudij ceſſaret ratio Dd. tamen ſupereſt etiã altera ratio, videlicet fauor publicus qui potentior eſt, & quando duæ rationes aſsignãtur, licet ceſſet vna, non tamẽ ceſſat per hoc legis diſpoſitio. §. affinitatis, & ibi not. Inſt. de nupt. l. ſi vẽtri. §. Quod in bonis, de peric. credi. Bart. & Dd. latè in l. ſi conſtante, Sol. matr. in principio.

139. † Quartò quæro, an propter neceſsitatẽ æris alieni licitum ſit alienare bona prohibita alienari. & tunc diſtinguendum eſt: aut æs alienum contractum proceſsit ex facto teſtatoris prohibentis, aut ex rei neceſsitate in rebus prohibitis, vtputa in reficiẽdis ædibus vel agris, & in conſeruatione bonorum, vel ſoluẽdis collectis, vel alijs oneribus publicis: Aut ex facto prohibiti. Primo caſu nulli dubium eſt bona prohibita alienari poſſe. caſus eſt optimus hic in fine, & in l. pater qui filium, in principio, infrà tit. 2. l. peto. §. prædium, infrà tit. 1. & Dd. hic omnes dicunt poſt gl. Hoc tamen verum eſſe videtur,

niſi

niſi ex aliȷs poſſet ſatisfacere creditoribus teſtatoris, vtputa ex bonis mobilibus vel fructibus, prout hoc videtur conſiderare tex. in d. l. pater qui filium, in fine principiȷ. Secundo verò caſu idem eſt dicẽdum, vt poſsint alienari bona prohibita, arg. tex. in l. diuortio. §. impendia, ſuprà, Sol. mat. & in l. 3. §. nos generaliter, de impen. in reb. dot. fact. In quibus iuribus dicitur, quod ſi maritus fecerit impenſas pro ædificiorum vel agrorum reſtauratione perpetua, ex quo tales impenſæ ſunt neceſſariæ, quod competat marito repetitio iſtarum impenſarum factarum. Secus ſi factæ ſunt impenſæ cauſa quærendorum fructuum. Nam tunc iſto caſu non datur repetitio. Sic ergo in propoſito noſtro quod propter eandem cauſam ſi bona vel fructus rerum prohibitarum non ſufficiunt pro alimentis, vt licitum ſit prohibito partem bonorum prohibitorum vendere & alienare pro conſeruatione agrorum, & ædium reſtauratione, & pro ſimilibus caſibus neceſſariȷs, vt ſuprà concluſum eſt in alimentis, quia hæc omnia viderentur facta ſecundum veriſimilem & præſumptam mentem prohibentis, & de hoc dicto reperio tantùm Bald. qui verè nihil ignorauit ita ſentire, in conſ. 20. libro ſecundo, licet

in

in ſpecie nihil adducat. Tertio verò caſu, ſi ex facto ipſius prohibiti data opera & eius culpa æs alienum contractum eſſet, vtputa quia prodigaliter vixit, vel nullam curã adhibuerit circa res domeſticas, iſto caſu nullo modo licitum ſit bona alienare, cũ regula ſit, Quo damno quis culpam ſentit, ſibi imputare debet. Secus ſi cõtraxerit debitum alendo filios ſuos & familiam totam, vel calore iuuenili propter inimicitiam & ſui honoris tutelam, inciderat in aliquã pœnam perſoluendam fiſco, & tunc dicerem, quod bona poſſent alienari. Nam vita & honor procedunt à pari, l. iuſta cauſa, & ibi expreſsè gl. de manu. vind. ſcriben. in l. vt vim, de iuſt. & iu.

140. Quintò quæro, an pro redemptione perſonę ſuę vel propinquorũ à captiuitate ſit licitũ alienare, bona prohibita alienari, & videtur in primis dicendũ quod non, quia ſolùm videtur militare priuata vtilitas, idcirco d. auth. Res quæ, non debet extẽdi ad iſtum caſum, item quia videmus in d. §. ſanctiſsimas, quod prohibita alienatione nõ licitum eſt alienare bona prohibita, etiã pro redemptione captiuorum. Contrarium tamẽ eſt dicẽdum, quod imò diſpoſitio d. auth. Res quæ, extendatur ad iſtum caſum, & hoc videmus expreſsè per tex. in d. l. ſancimus, ibi, Licet

cet bona eccleſiaſtica non ſint licita alienari, diſpoſitione legis, toto titulo de reb. eccl. non alie. Nihilominus non ſolùm bona eccleſiaſtica, verumetiam veſtes & ſacra Deo dicata alienari poſſunt. Ergo idem dicendum eſt in prohibitione facta per teſtatorem, & pręſertim in bonis prophanis & temporalibus. & pro hac ſentētia facere videtur tex. in l. quamuis, cum l. ſeq. & ibi Bald. Imol. Alex. & omnes Dd. Quod ſi maritus facit impenſas redimēdo vxorem à captiuitate, vel aliquem ex cōſanguineis ſui vxoris, quod computabitur in dote, & ſic apparet pium & iuſtum eſſe redimere captiuos, præſertim ſe & conſanguineos ſuos. ad idem facit plu ries repètita diſpoſitio d. auth. Res quæ, quæ emanauit fauore publico. Sed fauor publicus verſatur in redimendis captiuis, cum conſideratur animarum fauor, quæ cunctis rebus pręferenda eſt, l. ſancimus. C. de SS. eccl. ideo debet fieri extenſio ad caſum noſtrū, quia ſi valet alienatio in cauſa dotis, quę, vt dixi, non eſt propriè & ſimpliciter cauſa pia, niſi fiat pauperi, vt not. gl. in l. ſi quis Titio, infr. tit. 1. & latè tradit Bal. Nouel. in tract. doti. in 5. parte, Decius in l. ex his, in fine. C. de teſtamēto mili. Quantò fortius in caſu iſto, cum ſit opus merè pium ac neceſſa-

rium liberare ſe ſuosq; à captiuitate. Nam cauſa libertatis pia dicitur, l. 1. §. pen. C. de com. ſer. manu. ibi, Ratione pietatis, & in l. contra pietatem, de manu. teſta. & hoc quando quis fauore animæ liberat, vt voluit Bar. in l. 1. verſ. Tertiò quæro, col. 18. C. de SS. eccl. Item cum libertas nullam recipiat æſtimationem iuribus vulgaribus, & videmus quod libertatis fauore in dubio ſentẽtiá ferri debet, l. Iunia Petronia, de manumiſs. c. ex literis, de probat. Alex. in l. de die. Qui ſatiſd. cog. Item facit, quia ſi licitũ eſt pro alimentis alienare, cur nõ etiam pro redemptione perſonæ, cum ſeruitus mortalitati ferè comparetur, l. ſeruitutem, cum alijs ſimil. de reg. iur. Item etiam facit tex. in l. ſi quis pro redemptione. C. de donat. vbi Imper. multa priuilegia contulit donationi pro ſimili cauſa facta, vt ibi dicitur, & ita tenendo non obſt. Quod in redemptione captiuorum non militet ratio publicæ vtilitatis, imò dicendum eſt, quod maximus fauor publicus verſatur, cum tractetur de conſeruatione & ſtatu hominum, ac etiam de cauſa pia, vt ſuprà dixi. Nec obſt. text. in d. §. ſanctiſsimas, quia ille text. probat ſententiam noſtram à cõtrario ſenſu. Nam ideo bona prohibita alienari non poſſunt alienari etiam pro

redem-

redemptione captiuorum, quia hoc ibi ſpecialiter fuit dictum per donantem loco pio, ne eſſet licitum alienare, etiam pro redemptione captiuorum. Sic ergo, quando non eſt dictum text. expreſſe ſentit contrarium, & ſic in illo tex. videtur eſſe caſus pro hac ſententia noſtra.

†. Sexto quæro; an ſicuti pro alimentis, & 141.
pro redemptione captiuorum, & alijs caſibus ſupradictis licitum ſit bona prohibita alienare, ſic etiam pro rebus neceſſarijs ad ſalutem corporis ratione valetudinis alienare liceat, vtputa pro Medicis, Pharmacis & alijs neceſſarijs. Iſtam quæſtionem nec hic, nec in d. auth. Res quæ, per Dd. reperio tactam, & prima facie videtur dicendum non poſſe alienari, quia ceſſat ratio d. auth. Res quæ, quia ſolum priuata vtilitas verſatur, ideo ceſſante ratione &c. dictis iuribus, &c. & in iſto caſu nec vita hominis, nec libertas conſiſtere videtur; & diuerſa videtur eſſe ratio in alimẽtis & in iſtis, quia non poteſt quis pro certo aſſerere & ſperare à ſe poſſe cõſequi ſalutem corporis ſui, quia ars medica dubia eſt, propterea videtur dicẽdum, ꝙ in cauſa dubia bona nõ poſſent alienari cõtra voluntatẽ teſtatoris. Tamẽ hac ratione nõ obſtãte cõtrariũ eſt dicendum, ꝙ nõ obſtãte prohibitione teſta-

 toris

toris bona poſſunt alienari, adhoc adduco optimum tex. & ibi gl. nota. & ſing. ibiq; Dd. omnes, l. ſi ab hoſtibus. §. ſi vir, vbi Bar. Alex. Imo. Iaſ. & Are. indifferenter tenent illam gl. iuncto tex. vbi dicitur, Quod ſi maritus occiderit vxorem, non debet lucrari dotem, imò perdit omne lucrum dotis, gl. ibi nota. in verbo, Lucrifacere. Quærit, quid ſi maritus fuerit negligens in adhibendis Medicis vel alijs neceſſarijs, an etiam debeat perdere dotem, & gl. ibi concludit quod ſic, & aſsignat rationẽ, quia iſta omittẽdo necare videtur, l. necare, ſuprà de lib. agnoſ. l. ſi quis in graui. §. ſi quis, ad Syllani. Illam gl. vt dixi, Dd. communiter approbant legendo & conſulendo, & dicit Caſt. in l. ſi ab hoſtibus. §. ſi vir ſe propter authoritatem gl. ita Florẽtiæ conſuluiſſe Rom. in conſ. 517. col. 1. Soz. in cõſ. 105. col. fin. nu. 8. lib. 3. Decius in conſ. 430. col. 1. lib. 3. Alex. hoc latè tenuit in terminis, in conſ. 123. lib. 7. Hippo. de Marſ. in conſ. 93. Ruy. in conſ. 8. & conſ. 39. lib. 4. vbi in fortioribus terminis dicit, quod etiam filius eſſet priuandus omni commodo dotis maternæ ex delicto parentis negligẽtis prædicta neceſſaria vxori præſtare. Idem nouiſsimè voluit Ripa. in tracta. de
142. peſte, quæſtione 33. vbi dicit, † Quod ſi maritus

tempore

tempore peſtis derelinquit vxorem, & non adhibet medicos & alia neceſſaria, priuandus ſit omni lucro dotis & donationis propter nuptias, ſiue ex diſpoſitione legis, ſiue iuris municipalis, ſiue ex pacto de lucranda dote & donatione propter nuptias, & adducit in terminis dictum Bald. in l. ſi tibi. C. de donat. ante nupt. & in iſtis ſimilibus terminis ſuperioribus annis conſului, & ſic ex ſuprad. apparet, quod adhibere medicum & alia neceſſaria in infirmitate reſpiciunt ad vitam hominis, adeo vt ſi quis omittat, videatur necare. d. l. necare. Si ergo, vt per Dd. concluditur, pro alimentis & ſic vita hominis diſpoſitio d. Auth. Res quę, habeat locum, vt licitum ſit bona prohibita alienare, ita etiam dicendum videtur in caſu iſto pro adhibẽdis medicis, pharmacis & alijs neceſſarijs pro ſalute infirmi prohibiti alienare, cum eadem videatur eſſe ratio ſicut in alimentis, cum hæc fiant propter neceſsitatem corporis, & ita reperio, Bal. licet nihil adducat in præalleg. conſ. 20. lib. 2. vbi ponendo exempla neceſsitatis caſualis & naturalis, ponit etiam iſtud exemplum ratione infirmitatis curandæ, vbi voluit iſtã neceſsitatem legitimam eſſe, vt quis poſsit vendere bona prohibita alienari, non obſtante prohi-

bitione, licet Bald. ibi loquatur quando à teſtatore vltra prohibitionem conceſſum erat vt poſsit alienare propter neceſsitates, & ſic in caſu magis claro, Quæſtio noſtra loquitur, cum nihil dictum erat per teſtatorem, vt prohibitus poſſet alienare propter neceſsitatem.

143. † Et pro complemento iſtius quæſtionis tertiæ principalis ponatur regula ex ſuprad. vt vbicunque tractatur fauor publicus, qui reſpiciat mulieris pudicitiam iuxta tex. in d. l. à filia, vel cauſam ſtudij, vel ſit neceſsitas naturalis, vt puta pro alimentis, vel ſit neceſsitas caſualis, ſiue caſus fortuitus, vt puta incurſus latronum, vel ſimiles caſus, quod tũc licitũ ſit alienare bona, quia fauor publicus omnibus rebus præferẽdus eſt, vt dicit Imp. in d. auth. Res quæ. Item quia neceſsitas nõ habet legem, d. c. diſcipulos, de conſec. diſt. 5. & c. 3. de furt. & illud quod non eſt lege licitum, neceſsitas facit licitum. c. quod non eſt, de reg. iur. lib. 6. facit text. in c. licet, de ferijs, l. 1. §. 1. de offi. eius, vbi Dd. latè, Decius in regula, Quæ propter neceſsitatem, de reg. iur. Item quia hæc omnia videntur eſſe ſecundum mentem prohibentis, volentis excipere ſupradictos caſus, vt videtur probare text. in d. l. à filia, ibi, Mulieris pudicitiæ,

tiæ &c. & expreſsius in d. verſ. Quamobrem, ibi, Propter præſumptam mentem, & in d. §. cum proponeretur. facit etiam, quia ſi teſtator iſtos caſus excipere voluiſſet, hoc potuiſſet, ſed non fecit, ergo noluit, l. 5. §. ſui autem, & ibi Bart. & Dd. C. de cad. toll. & optimè facit tex. in d. §. ſanctiſsimas, ponderando, vt ſuprà. Item expreſsè probatur in d. l. Lucius Titius. §. maritus, vbi in ſimilibus caſibus ſemper tales caſus excepti à teſtatore videntur, niſi expreſsè & manifeſtè contrarium appareret de voluntate teſtatoris, vt in illis iuribus dicitur, † & propterea cautela erat, Si teſtatores deſiderant prohibitiones per eos factas perpetuas eſſe, & non ex ſimilibus cauſis reuocari, expreſsè dicant in eorum prohibitionibus, vt huiuſmodi bona prohibita, alienari nullo modo poſsint, ſiue ex cauſa dotis, ſiue alimentorum, ſiue propter redemptionem captiuorum, &c. & in genere, & quibuſcunque alijs cauſis ſimilibus neceſſarijs vel publicis, prout etiam Doctores ſuprà ſentiunt, & optimè facit textus in dicto §. maritus, d. §. ſanctiſsimas, & licet Alex. dixerit in conſ. 23. lib. 1. in fine, Quod ſi teſtator diceret in prohibitione alienationis, quod velit bona prohibita cōtinuè 144.

nuè ſtare apud hæredes, & eorum filios, tũc ſub illis verbis generalibus dixit Alex. quod prohibebatur alienatio neceſſaria ex cauſis ſuprad. propter illud verbum, Continuè, quod importare videtur, vt dicta bona ad nullum aliũ perueniãt, arg. tex. in c. cum veniſſent, de inſt. & ita reperio idem nouiſsimè dixiſſe Ruy. in conſ. 108. col. 4. in fine li. 2. vbi rationem adducit, Nam aliâs illa ratio Continue nihil operaretur contra l. ſi quando, infr. tit. 2. c. ſi Papa, de priuileg. lib. 6. & dictum Bald. in Rub. C. de contrah. empt. quæſt. 11. vbi dicit, Quod quælibet ſyllaba debeat aliquid operari. Sententia iſtorũ non videtur aliquo modo procedere. Nam, vt ſuprà Dd. omnes indifferenter dicunt, quod ad hoc vt tollatur neceſſaria alienatio neceſſe eſt vt appareat, ex quo & lex ex præſumpta volũtate defuncti hoc præſumit, d. verſ. Quamobrẽ, ponẽdo exempla, vt ſuprà dictum eſt. Nam ita demum neceſſaria alienatio tollitur, quando expreſsè & manifeſtè conſtat de voluntate prohibentis ſuprad. caſus neceſſarios nolle excipere, vt eſt caſus in d. §. ſanctiſsimas, & optimus eſt tex. in d. §. maritus, & ibi gl. expreſsè dicit, potius permittendum eſſe, vt verba ſint ſuperflua, & nihil operentur, quàm quod extraneum ſenſum

ſum operētur, quod eſſet ſi bona prohibita alienari ex cauſa neceſsitatis non poſſent alienari, cum neceſsitas non habeat legem, & lex recedit à regulis iuris propter neceſsitatem, l. quæ propter neceſsitatem, de reg. iur. d. c. diſcipulos, d. c. 3. de ferijs, & per ea quæ ſuprà adducta ſunt.

145. † CIRCA quartam quæſtionem principalem ſciendum eſt, quod duplex eſt prohibitio alienationis. Quædam dicitur perſonalis, quædam verò realis. Perſonalis prohibitio eſt, quādo teſtator reſpicit perſonas prohibitas, & non res, exempli gratia, ſi dicit teſtator, Prohibeo Titiū alienare bona mea vel rem aliquam, nec vlterius procedat. Realis prohibitio erit, quādo teſtator prohiberet principaliter res, & non perſonas: exemplum: Si prohiberet bona ſua alienari per ſuos hæredes extra familiam, vel quia teſtator diceret: Volo quod bona mea maneant in familia, hæc eſt doctrina Bar. in d. l. peto. §. fratre, infr. titu. 1. quæ ibi & hîc à Dd. recipitur.

146. Quibus præmiſsis, quæro acceſſoriè, † Quid ſi teſtator prohiberet Titium vendere ſeu alienare rem aliquam, An ſi Titius vendidiſſet rem perſonæ permiſſæ, hoc eſt, vni ex familia, an ille

x emptor

emptor poſſet alteri extraneo vendere? Prima facie videtur quod non, quia in tali prohibitione facta per teſtatorẽ, cenſetur tacitè cauſa agnationis conſeruandæ, arg. not. in l. quoties. C. de fideicom. vbi Bar. & Dd. omnes. Secundò vrgere videtur tex. in d. l. peto. §. fratre, vbi quãdo facta eſt talis prohibitio, perpetuò durat prohibitio, & omnes de familia vſq; ad vltimum vocantur, & reſcindere poſſunt alienationes contra teſtatoris voluntatem. † Contrariũ eſt verius per tex. vbi caſus in l. pater: §. quindecim, infrà tit. 2. vbi expreſsè dicitur, Quod prohibitio teſtatoris perſonalis ſi ſemel valida fuit, quia perſonę permiſſę facta fuit alienatio, quod res ſemper remaneat alienabilis. Ratio eſt, vt Bart. & Dd. omnes dicunt, quia erat perſonalis prohibitio, ſecus ſi fuiſſet realis, quia nunquam illa res prohibita potuiſſet effici alienabilis, ſic procedit. §. fratre, cum ſimilibus. † Et hæc eſt prima differentia ſeu declaratio ad d. §. quindecim, vt non procedat, quando eſſet realis prohibitio. & propterea conſilium optimum erit, vt ſemper fiat prohibitio realis ad hunc effectum, vt res prohibita alienari nunquam alienari poſſit. † Licet Bar. hic, col. 3. det conſilium, quod ſemper, quando res eſſet prohibita alienari, primò

147.

148.

149.

mo fieret alienatio in caſu permiſſo, deinde poſſet fieri inter extraneos. hoc conſilium ab omnibus Dd. non recipitur, & verũ eſſet, ſi Bar. habuiſſet hãc mentem, verùm ſi quis bene conſiderat mentem Bar. hîc, indiſtinctè non voluit, vt Dd. præſupponunt. Nam Bart. non firmat pedes ſuos circa dictũ conſilium, ſed dicit quod text. in d. §. quindecim, loquitur in perſonali prohibitione, ex quibus apparet, Bart. cõſulere, quãdo facta fuiſſet prohibitio perſonalis, ſecus ſi realis. confirmatur diſpoſitio d. §. quindecim, ex his quæ not. Bart. in l. lator rerum, de admi. tuto. † quod ſi res eccleſiaſtica ſemel facta fuit 150.
emphiteutica, poteſt ſemp̃ cõcedi in emphiteoſim abſq; vlla ſolennitate, ex quo ſemel ſolennitas interuenit. Et argumento iſtorum eodẽ modo inferri poteſt ad feudum, † vt licet conſen- 151.
ſus domini directi requiratur in alienatione, tamen ſi res ſolita fuit concedi in feudum, poteſt fieri alienatio abſq; ſolennitate, ita And. de Iſer. in c. 1. Qui feud. dar. poſ. † Secunda limitatio 152.
datur ad d. §. quindecim, in alienatione, quæ ex diuiſione emanaret, quia tunc intelligeretur illa cauſa ne fieret alienabilis, ita not. Bald. in conſ. 379. † Tertia declaratio eſt ad d. §. quindecim. 153.
ſi perſonalis prohibitio ſimpliciter facta fuiſ-

ſet. Secus ſi poſt prohibitionem perſonalem acceſsiſſet ratio quę reſpiceret realem prohibitionem. Exempli gratia: † Si teſtator prohiberet hęredes ſuos alienare res aliquas, & poſtea ſubiungeret rationem, Quia volo dicta bona ſemper manere in familia, Illa ratio ſequēs reſtringeret & declararet perſonalē prohibitionē pręcedentem. Nam ratio poſita in aliqua diſpoſitione declarat & reſtringit præcedentia, l. cum
154. pater. §. dulciſsimis, inf. tit. 1. † Et ideo ſingulariter infert Crot. quod in facto habuit, Teſtator prohibebat hęredes ſuos, ne poſſent alienare res vſq; ad trigeſimum annum, addebat rationem: quia volo dicta bona ſemper manere in familia, Conſuluit, quod prohibitio ſemper remaneret perpetua, nec poſt illud tempus pręfixum potuiſſent alienare, quod videtur dicendum quod ſic, quum prohibitio facta in iſtis terminis ad certū tempus, poſt illud tempus videatur permiſſa, d. l. cum pater. §. fundum, inf. tit. 1. Tamen, vt dictum eſt, voluit alienationis prohibitionem eſſe perpetuam, ex quo apparebat ex ſentētia teſtatoris bona illa perpetuò manere in familia, quod non potuiſſet eſſe ſi poſt trigeſimum annum potuiſſet alienare. Quorū ſententia mihi placuit, & licet nihil adducant, tamen

men pro eorum confirmatione addo Rom. in conſ.351. Caſt.in conſ. 234. & nouiſsimè Iaſ. in conſ.28.col.3. lib.1. vbi dictum Bart. plurimum commendat in d.§.fundum,dicens:Quod quando ratio eſt generalis, tunc amplietur prohibitio alienationis, & cẽſeatur prohibitio realis. facit adhoc optimus tex. qui ſemper ſolet ad hoc adduci in d.l. cum pater. §. dulciſsimis, vbi ratio ſemper declarat & reſtringit dictum. Item diſpoſitio d.§.quindecim, nõ procederet, quando illa portio proueniret iure augmenti. Nam tũc non procederet regula illius §. Quod res facta ſemel alienabilis, perpetuò alienabilis maneat,& ita declarabant illum tex. Bal. Ang. in l.in teſtamento,per illum tex. infrà de vulg. & pup. Et ita ibi Alex.dixit hoc fuiſſe deciſum Florentiæ, & ita Crot. & alij ſeq. ea ratione,
† quia illud quod venit iure augmenti & iure 155.
accreſcendi,cenſetur venire eodem iure quo res cui fit augmentum,l. ſi cum venerit. §. finali, de pact. optimus eſt tex.in l.ſi alumno,infr.vt leg. nomine caueatur,quem tex.pro ſingulari adduxit Rom.in ſuis ſingularibus. Et licet nouiſsimi ſequantur hanc limitationem indiſtinctè, dicendum tamen eſt veram eſſe in iure decreſcendi,non autem in iure accreſcendi, quia non eo-

x 3 dem

dem iure veniret, prout ipſemet Crot. & alij dicunt in l. Re cõiuncti, inf. tit. 1. & ibi diximus.

156. † Secũdo acceſſoriè quæro in terminis perſonalis prohibitionis, Teſtator prohibuit filios alienare bona extra familiam, an iſto caſu appellatione filiorum veniant nepotes? Hanc quæſtionẽ ponit Bar. qui licet nihil adducat in contrarium, tamen videtur dicendum, quod iſto caſu venirent nepotes, cum ratio agnationis conſeruandæ ita militare videatur in perſona nepotum ſicut filiorum. Nam vt dicit text. in l. 1. § pen. ſuprà de vent. inſpic. intereſſe Reip. honores & dignitates familiæ cõſeruari, ad idem facit dictum proximè adductum in d. l. pater. §. fundum, quod attendi debeat ratio generalis, & non dictum, ratio autem generalis fuit, quia teſtator prohibuit extra familiam bona alienari. Item facere videtur, quia ſumus in materia fauorabili, vt cõſeruetur agnatio, ſuccedit dictum Bar. in l. liberorum, col. 3. de verb. ſig. Quod quando ſumus in materia fauorabili, appellatione filiorũ veniant nepotes. Contrariũ dicit Bar. hic, vt in hac quæſtione non contineantur nepotes, & adducit ita Dy. voluiſſe verſ. Quærit Dynus, & remittit ſe ad tex. in auth. de reſtitu. fideicom. §. nos igitur, col. 10. vbi gl. hoc expreſsè

preſſe dicit in verbo, Voluiſſe. Hanc ſententiam Dy. & Bar. Dd. omnes antiqui ſequuntur, vt apparet latiſsime per Alex. Iaſ. & alios, ſcilicet Caſt. in conſ. 170. ne improprijs vtãtur vocabulis. Cor. in conſ. 122. videtur prima facie, col. 3. lib. 2. & in conſ. 199. in præſenti conſultatione, lib. 2. vbi refert Florẽtiæ ita iudicatum fuiſſe. Sequitur præceptor meus in conſ. 118. verſ. vltima concluſio, lib. 2. vbi dicit ſe quoq; conſuluiſſe Patauij. Soz. in conſ. 230. col. 5. & in conſ. 223. cl. 1. li. 2. Et pro hac Dd. omnium ſentẽtia, facit vltra gl. authoritatẽ, † quia prohibitio alienationis eſt odioſa, cũ auferatur libera poteſtas diſponendi contra l. in re mandata. C. Mãd. & durũ & iniquũ ſit alicui auferri facultatẽ diſponẽdi, l. nõ vſq; adeo. Si quis à par. fue. manu. optim. tex. in l. ex facto, in prin. de vulg. & pup. & ideo appellatione filiorũ in quæſtione noſtra nõ continẽtur nepotes, ex quo ſumus in materia odioſa et reſtringibili, & ideo reſtringẽda eſt teſtatoris prohibitio per regulã l. cum quidam, in fin. ſup. de lib. & poſt. c. odia, de reg. iu. li. 6. tex. nota. in terminis iſtis, in l. ſed ſi nepotes, ſup. de teſta. tu. p quẽ tex. Bar. ſic voluit in l. liberorũ, de ver. ſig. Licet ſec9 ſit ĩ materia fauorabili, vtputa in vlt. volũtatib. put Dd. oẽs volunt 157.

ſunt in l. Gallus. §. inſtituens, ſuprà de libe. &
158. poſth. † Diſputando tamen poſſet teneri contrarium, quia non ſumus hic in materia odioſa ſed fauorabili, ſi conſideramus principaliter fauorem teſtatoris, cuius diſpoſitio à lege recepta eſt, vt apparet hic, & in d. l. pater filium. §. Iulia-
159. nus Agrippa, inf. tit. 2. † debet ſemper conſiderari illud quod principaliter venit. Nã in materia partim fauorabili, partim odioſa inſpicitur ſemper quod præualet, arg. l. qui exceptionem, de condict. indeb. Certum eſt quod fauorabile eſt reſpectu illorũ de agnatione, cum bona conſeruẽtur familia, propterea illis non conſentientibus bona ſemper poſſunt reuocari, d. l.
160. peto, §. fratre, & iſto præſuppoſito facto. † Cõtraria pro communi adducta non obſtant, item nec d. gl. in verb. Voluiſſem. auth. de reſtitu. fideicom. quia gl. illa debet intelligi per ea quæ ipſamet adducit, mẽs enim gl. fuit, quod appellatione filiorũ non venirent nepotes, quia reſpiciebat diſpoſitionem illius text. qui excludebat nepotes, propterea gl. ibi not. illum tex. quod appellatione filiorum non veniant nepotes, & in hoc benè dixit, quia de ſentẽtia teſtatoris apparet ibi exceptos fuiſſe nepotes, ergo apparet nullo modo contineri. Sed in alijs caſibus, vbi

non

non erat facta exceptio de nepotibus, appellatione filiorũ veniunt nepotes, & ſic intelligẽdo gl. potius probat contrariũ quàm Dd. cõmunẽ ſententiam, & iſta ſentẽtia videtur etiã æquior. Nam ſumus, vt dictum eſt, in fauorabilibus, in quibus appellatione filiorum veniunt nepotes, per dictum Bart. in d. l. liberorum. Præſuppoſita tamen pro vera communi ſententia, à qua nõ eſt recedẽdum, quod appellatione filiorum prohibitorum non contineantur nepotes. Limitatur tamẽ hic per Dd. † Primò, niſi eſſemus 161. in prohibitione reali, vt quia teſtator mandauit bona ſua non alienari per filios ſuos inſtitutos extra familiam, iſto caſu continentur nepotes, ita hic vult Alex. per tex. in d. l. peto. §. fratre, quam limitationem ſequitur hic Crot. & Rip. dicunt tamen contrarium voluiſſe Imol. per d. auth. de reſti. fideicom. §. nos igitur, ad illum text. reſpondent ipſi. non obſtare huic limitationi, quia tex. loquitur in prohibitione perſonali. Sed huiuſmodi reſponſio mihi non ſatisfacit, quia licet ille tex. loquatur in prohibitione perſonali, tamen ex quo in illo text. teſtator dixit, Quod velit perpetuò dicta bona manere in familia, quod tali caſu perinde ſit, ac ſi facta eſſet realis prohibitio, & eiuſdem virtutis ſit, per

y doctri-

doctrinā Bart. ſuprà adductam in d.§.fundum, vt ponit Iaſ. in d. conſ.131. Dec. in conſ. 181. lib.2. & tamen Dd. volunt cōmuniter in d. tex. Nos igitur quod appellatione filiorum non veniant nepotes, defendendo cōmunem,alio modo reſponderem, vt ſuprà dixi, quod ille textus ideo nō obſtet, quia teſtator ibi expreſsè excepit nepotes, & à cōtrario ſenſu, vt dixi,potius
162. probat cōtrarium. † Secunda limitatio, Niſi in perſonali prohibitione facta filijs eſſet adiecta ratio & cauſa vt contineantur nepotes. Exempli gratia: Si dictum fuit,prohibeo alienari bona mea extra familiam,quia volo illa conſeruari in familia. Nā tunc idē iudicandū eſt, ac ſi eſſet facta realis prohibitio, & cōtineretur nepotes,ita Crot.& Rip. limitāt,& ego antequā eos viderē ſic limitabam, quæ limitatio ſingularis, fundamentū habet in dicto Bar.in d.§. fundum, & vltra authoritatem iſtorum adduco Dec. in conſ.182. qui idem dicit.Confirmatur item iſta limitatio ex dicto Bar. in l. qui Romæ.§. cohæredes,& ibi Dd.ſeq de verb.obl. vbi Bar.dixit, quod quādo vltra prohibitionē per teſtatorem dictum fuit,quia volo bona mea manere in familia, per huiuſmodi verba adiecta & geminata inducitur fideicōmiſſum. Si ergo inductū eſt fideicommiſſum,ſequitur quod tam filij quàm nepo-

nepotes cōtineantur, & omnes deſcendentes in infinitū,tamen vſq; ad quartū gradū, vt inf. dicam,& iſta ratio optime probat hanc ſingularē limitationem. † Tertiò vltra Dd. limitatur cō- 163.
munis ſententia,Si teſtator habuiſſet illos nepotes tanquam filios ſuos,& illos ſolitus fuiſſet filios nominare, tunc in hac materia prohibitionis appellatione filiorū continerentur nepotes, propter conſuetudinē illius teſtatoris, cum cōſuetudo patrisfamiliâs in dubio ſemper attendenda ſit,l.ſi ſeruus plurium.§.fin.cum ſimilib. ſupr.eod.& in ſpecie eſt dictū Bar.per illū tex. in l. alimēta, infr.de ali.& cib.leg.vbi Bart.expreſſe dicit appellatione filiorū contineri nepotes, ſi ſolitus fuiſſet auus nepotes filios appellare,cuius dictū ſingulare ſeq.Rom.in l.ſi verò.§. de viro,ī 32.fal.ſup.ſol.mat.et ī cōſ.436.in caſu pręſentis cōſultationis. Latę Dd.oēs,pręſertim Iaſ. ī l. Gallus.§.inſtituēs.col.5.de lib.& poſth.
† Tertiò quęro,an ſi teſtator prohibuiſſet ſub 164.
nomine appellatiuo hęredes alienare bona extra familiā,extendatur talis prohibitio ad hęredem hęredis?& videtur prima facie q̄d non,propter ſuprad.rationē † cū materia ꝓhibitionis ſit odio- 165.
ſa,vt ſup.cōcluſum eſt,odia aūt ſunt reſtringēda nō amplianda, c. odia,de reg.iu.lib.6.l.cum

 qui-

quidam, de lib. & poſth. l. 1. §. ſed ſi incertum, ſupr. de vent. in poſ. mitt.
166. † Secundò videtur facere, quia diſpoſitio hominis debet intelligi de prima perſona, & non de ſecunda, & ſic de primo hærede, arg. l. boues. §. hoc ſermone, de verb. ſig. Item quia infinitas eſt vitanda, vt dicit Imp. in l. vnica. C. de ſenten. quæ pro eo quod inter. profe. Hanc quæſtionem Bart. hic mouet, col. pen. circa finem, & decidit huiuſmodi prohibitionem factã extendi ad hæredes hæredis, per text. in l. ſicut. §. pen. Quib. mod. pig. vel hyp. ſol. & ſic in caſu noſtro argumento. §. 1. & d. §. fundum. Item potes dicere, quod ille tex. in d. l. ſicut. §. pen. optimè probat ſententiam Bar. quia ratio ibi aſsignata per IC. eſt generalis, quæ magis attendenda eſt quàm dictum, cum, vt ſuprà dictum eſt, dictum regulatur ratione, d. l. cum pater. §. dulciſsimis, & l. regula, §. pen. de iu. & fact. ignor. eam Bar. ſententiam Dd. hic communiter ſequuntur, vt hic per Alex. & Iaſ. cum quibuſdam limitationibus, de quibus infrà dicam.
167. † Tu autem clarius procedendo ite diſtingues duos caſus. Aut eſt ſimplex prohibitio perſonalis, aut perſonalis habens mixturam cum reali. Primo caſu concludendum eſt, appellatione hæredis venire hæredem

dem hæredis, per d. l. ſicuti. §. pen. qui tex. licet loquatur in permiſsione, tamen in ratione ſui habet locum in hærede hæredis, & vltra illum tex. facit † Regula iuris quæ eſt, Quod hæres 168.
hæredis teſtatoris eſt hæres, & appellatione hęredis cõtinetur hæres hæredis ex propria ſignificatione, vt eſt tex. in l. hæredis appellatione, de verb. ſig. ponderando verbum, Continetur,
† quod ſignificat proprietatem, Bar. in l. 2. §. af- 169.
finitatis, de poſtu. † Accedit, quia lex debet in- 170.
telligi ſecundum titulum, in quo ſita eſt, l. Imperatores, de in diem adiect. & ſumus ibi in titulo, in quo verborum proprietas inſpicitur, ideo &c. confirmatur per l. cum ita datur. §. fin. infr. de condi. & demon. l. ſi peculiũ. §. hæredi, de ſtat. lib. vbi conditio cenſetur impleta dãdo
hæredi hęredis, † & tamen conditio eſt implẽda 171.
in forma ſpecifica, l. qui hæredi, l. Meuius, infr. de condi. & demon. quæ iura adducit Iaſ. ſed nihil probant, cum omnia loquantur in fauore libertatis, d. l. peculium. §. hæredi, & ſic potius probant contrariũ, & ſic non obſt. d. l. boues. §. hoc ſermone, quia fallit, quãdo apparet expreſſe, & ad vlteriorem actum ſermo extendatur, videlicet quando dictũ eſt, Hęredes meos, cum appellatione hæredis veniant omnes hęredes in

 infini-

infinitũ,d.l.hæredis appellatione, de verb. ſig. Non obſtat quod infinitas ſit vitanda. Dec. reſpõdet ad hoc in l. vnica. C. quãdo non pet. par. pet. accreſ. Cõmunis ſentẽtia limitatur hic per Dd. & Iaſ. duobus modis, quos vide. Secundo verò caſu, ſi nõ eſt mera perſonalis prohibitio, quia teſtator vltra prohibitionẽ hæredis dixiſſet, quia volo bona mea perpetuò manere in familia, tunc propter illã rationem adiectam per teſtatorem, perinde eſt, ac ſi eſſet realis prohibitio. Quo caſu talis prohibitio omnes hæredes in infinitum reſpiceret, & hoc probatur per ſuprad. doctrinã Bar. quę cõmuniter approbatur in d. §. fundum, vt per Rom. in conſ. 457. circa præpoſitã conſultationem. Nam illa ratio ampliat verba teſtatoris, nec curandum eſt de forma perſonalis prohibitionis, ſiue nominatim, ſiue appellatiuè prohibuerit teſtator. Item quia apparet manifeſtè teſtatorem de omnibus hæredibus ſenſiſſe, cum voluit bona ſua manere in familia perpetuò, prout inf. dicã, quando dictũ eſſet perpetuò, per tex. in d. auth. de reſtitu. fideicõ. & ita nouiſsimè reperio dixiſſe Carol. Mol. in additi. ad cõſilia Alex. conſ. 56. li. 1. vbi dicit ſententiã omniũ Dd. eſſe falſiſsimã, & ita dixiſſe in Conſuetud. Pariſienſi. §. 120. Tertio limitatur

tatur, Niſi in prohibitione facta hæredi fuiſſet appoſita pœna. exempli gratia: Si teſtator dixit, Si alienatum fuerit priuentur omni cõmodo hæreditario, ita Crot. hic per d. Bal. in ſimili quæſtione, in l. fin. in 22. quæſt. C. de hære. inſti. arg. l. multa, inf. de conditi. & demon. Et ratio eſt, licet ipſe non dicat, Nã pœna eſt odioſa, & in odioſis pœna nõ egreditur ſuũ authorẽ, & ſic perſonam prohibitam. l. Gracchus. C. de adul. l. ſi quis. §. legis. C. de inof. teſta. cum ſimilibus. Dubito de hac limitatione, quia videtur eſſe cõtra tex. in l. ſtipulatio iſta, in prin. verſ. Quid ſi, de verb. obl. vbi ſumus in pœna, & tamen hęres cõtinetur. Si continetur hæres, multo magis hęres hæredis, quando teſtator prohibuit hæredẽ. Secundo videtur eſſe contra tex. in d. l. pater filiũ. §. quindecim, inf. li. 2. vbi erat appoſita pœna in euentũ contrauentionis, vt ad alios perueniret, vt ibi dicitur, & tamen I.C. præſupponit ad oẽs hæredes in infinitũ, vt expreſſe dicitur.

† CIRCA quintã quæſtionẽ principalem quæro, cum in tota materia noſtra ſępiſſime dictũ fuit, pręceptũ de bonis non alienandis, ſcilicet extra familiam, validũ eſſe, quandiu durare debeat huiuſmodi prohibitio teſtatoris, videtur prima facie dicendũ, Teſtatoris præceptum 172.

perpetuo

perpetuò durare, ex quo factum ſit abſq; temporis præfixione, prout iura omnia in hac materia loquentia indiſtinctè loquũtur, & ideo deberet huiuſmodi præceptum durare perpetuò, ex quo I C. non diſtinxerunt, & vbi lex non diſtinguit, nos non debemus diſtinguere, l. nõ diſtinguemus, de arbit. & iura generaliter loquẽtia, generaliter ſunt intelligẽda, l. 1. de leg. pręſt. l. 1. in fine, de aleæ luſ. & alea. Et hęc apparent, cum teſtator dixerit, Quod velit remanere bo-
173. na in familia. † Nam verba illa infinitatem expreſsè denotant, & quãdo verba tendunt ad infinitum, non debemus reſtringere, l. ſi ita ſtipulatus, vbi Bar. de fideiuſ. facit text. in l. quod ſi nolit. §. ſi quis ita, de edil. edict. faciũt dicta Dd. ſecundum ſententiã quandam in l. 2. C. de pact. int. emp. & vendit. vt ſi in vẽditione dictum ſit, vt perpetuò & quandocunque liceat redimere poſsit, quod tum illud pactum non præſcribatur, quã ſententiã ego ſequor in d. l. 2. C. de pact. int. emp. latiſsimè hãc quæſtionem diſputo in l. 1. Sol. mat. vbi reſpõdeo omnib. iuribus, rationibus & argumentis, quæ adducuntur nouiſsimè per præceptorem meum Mari. Soz. iuniorem in conſ. 155. Viſo puncto, lib. 1. qui conatur defendere ſententiam magis communem, &
hanc

hanc ſententiam vti æquiorē reperio receptam fuiſſe & ſecundū eā pronūtiaſſe iudicij Cameræ aſſeſſores, vt conſtat in deciſionibus nuperrimè æditis. Ex quibus omnibus apparet in materia noſtra prohibitiones ſic factas à teſtatoribus perpetuò durare, apud I C. iſta quæſtio nō habet difficultatē, quia nullū textū habemus qui faciat aliquam difficultatem: imò leges apertè ſentiūt iſtas prohibitiones perpetuò durare, vt apparet in d. l. qui ſolidum. §. prædium, inf. eod. titu. 1. vbi probatur, quod vltimus de familia poſsit reſcindere alienationes factas ab alijs, & ille ſolus poteſt alienare, ex quo ceſſat familia, ergo apparet prohibitiones factas durare quādiu aliquis ſupereſt de familia, ad idem videtur eſſe tex. in l. Lucius. §. Lucius, infr. titu. 1. † Ta- 174.
mē hodie per nouellam Iuſtiniani Imperatoris conſtitutionem ſtatutum eſt, quicquid I C. dicant, vt iſtæ prohibitiones factæ à teſtatoribus, non durent vltra quartum gradum ſeu generationē, vt eſt caſus in d. auth. de reſtit. fideicom. verſ. Nos igitur. Et ideo ceſſat omnis difficultas, vbi eſt caſus legis nō amplius eſt diſputandum, l. ancillæ, & ibi Bal. & alij. C. de furt. † & 175.
propterea ad hoc, vt prohibitiones perpetuò durare poſsint, conſilium tradit Iacob. à Beluiſ.

in d.auth.de reſtit. fideicom. vt teſtator dicat in ſua prohibitione, Prohibeo vos hęredes perpetuò alienare bona extra familiã. Nam tali caſu bona non poſſunt alienari extra familiam, niſi in perſona vltimi de familia, d.§. prædium, & ita cum iſto remedio pertranſeunt omnes Dd. hic, & ibi indifferenter, vt latè deducit hic Alex. idem in conſ. 60. lib. 1. & conſ. 23. lib. 2. Decius in conſ. 516. vbi in ſpecie ſic cõſuluit, & ita videmus apud Italos vt durent in infinitum, & hoc maximè quando accedũt verba geminata, vt ſi dicant teſtatores, Prohibeo hæredes meos perpetuò ne alienent bona extra familiam, quia volo vt maneãt in familia, tunc propter actum geminatum magis procedet Dd. ſententia, cum expreſsè appareat de teſtatoris voluntate, vt perpetuò & in infinitum durare debeant iſtæ
176. prohibitiones, † quia actus geminatus ſemper operatur, Bar. in l. cum ſcimus. C. de agr. & cen. lib. 11. facit reg. vulgaris in l. baliſta, cum ſimil.
177. infr. ad Trebell. † Sed ſalua tot Dd. authoritate iſtud conſilium ſeu remedium de iure procedere non poteſt.
178. † Nam iſta dictio, perpetuò, in iure noſtro latè interpretatur. Interdũ vt abſq; vlla temporis pręfixione intelligatur, interdum vſque ad ſpatium centum annorum, prout in l.

ſi

ſi vſusfructus municipibus, & ibi Bar. not. infr. de vſufr. leg. † hinc videmus quod in legato 179.
annuo relicto eccleſiæ perpetuò per teſtatorem huiuſmodi legatum vltra ſpatium centum annorum non extendatur, ita conſuluit Feder. de Sen. in cõſ. 12. vbi expreſsè dicit, legata annua ſic facta, ad pias cauſas non extendi vltra ſpatium centum annorum, Anch. in c. fin. ext. de teſta. & in iſtis terminis multa latè congerit Alex. in l. 2. ſuprà, ſol. mat. vbi ſic voluit dicta annua legata non debere extendi vltra centum annos, & ſic vidi iudicatum Florentiæ & Romæ, licet huiuſmodi exempla dura videantur.
† propterea Alex. conſuluit in d. l. 2. vt teſta- 180.
tores dicant in iſtis legatis, Perpetuò, in infinitum. † Ad propoſitum, non debent iſtæ 181.
prohibitiones factæ à teſtatoribus, etiam quod dictum ſit perpetuò, durare vltra quartum gradum, & pro hac ſententia eſt caſus legis in dicta auth. de reſtit. fideicommiſs. vbi expreſsè dictum eſt in prohibitione de bonis non alienandis, quod teſtator velit bona perpetuare in familia, nec de ſuo nomine egredi deberent, & hoc ſecundum Irnerij verſionem, clarius autem ſecundum Haloandri. Tamen

Imp. ibi expreſsè voluit eãdem prohibitionem alienationis ſub eadem forma factam, & ſub illis verbis pręgnantibus, vt ibi Imp. verba teſtatoris refert, non extendi debere vltra quartum gradum. Sic ergo apparet ibi eſſe caſum legis, ideo non eſt diſputandũ, quod huiuſmodi prohibitiones poſſint extendi vltra quartum gradum, quia lex ſic ſtatuit, & pedes fixit, nec differentiam fecit in verbis, an dictum ſit per teſtatorem, Volo bona mea perpetuò, imò etiam ſi dictum fuerit, in infinitum. Nam nullo modo poteſt vltra dictum tempus extendi. Et ita reperio idẽ dixiſſe hîc Crot. quod aliâs Bononiæ in publica diſputatione attentatum ſit contra Beluiſij ſententiam, per tex. in d. auth. de reſtit. fideicom. ponderando, vt ſuprà dictum eſt, & quod qui diſputauerit maximam gloriam cõſecutus ſit, & ego antequam vidi Crot. ſenſi idem, & vltra ipſos facit. Nam etſi non eſſet tex. in d. auth. expreſſus de dictione Perpetuò, ſed generaliter loqueretur, tamen per eundem tex. idem dicendum eſſet. Nam in teſtatoris poteſtate non eſt contra Imp. conſtitutionem ſtatuere, ſiue dicat perpetuò, ſiue in infinitum.
182. † Nam regulas firmiſsimas habemus, teſtatores non poſſe ita diſponere, vt leges in ſuo teſtamento locũ non habeant.

habeant. l.nemo poteſt,de leg.1.& ibi Dd.omnes. Nam hoc modo teſtatores cõtemnere poſſent leges,& hoc maxime dicẽdum eſt, quia ſumus in materia odioſa reſpectu prohibitorum, ideo ſeruetur diſpoſitio Iuſtiniani tanquam fauorabilis ratione prohibitorum, adhoc vt hæredes prohibiti poſt quartum gradum diſponere poſsint, non obſtante voluntate teſtatoris.

† CIRCA ſextam quæſtionem principalem, Si prohibitio facta fuiſſet de bonis nõ alienandis extra familiam, & prohibiti contrauenisſent teſtatoris voluntati, quia vendidiſſent, an dominiũ trãsferatur in emptorem? Iſtã quæſtionem nec Bar.nec Dd. ponunt,ſed alias ſimiles quæſtiones tractant circa prohibitionem legalem & contractus. de legali Bart. hic mouet, ſed remittit ſe ad ea quæ dixit in l. ſi quis ita. §. ea lege,de verb.obl. In hac quæſtione primo videtur, quod cum validum ſit argumẽtum de contractibus ad vltimas voluntates,& contra l. ſi ſeruus.§.eum qui chyrographiũ,infr.tit.1. Sed in contractibus non impeditur dominij tranſlatio,ergo &c. Secundo quia eadem ratio militat in teſtamento ſicut in contractu. Nam lex pro iniquo habet,vt quis nõ poſsit de rebus ſuis diſponere,l.non vſque adeo. Si quis à par. 183. 184.

fu. man. facit tex. in l. 1. C. de SS. eccleſ. l. dudum. C. de contr. empt. facit regula vulg. in l. in re mandata. C. mand. l. ex facto, in prin. & ibi ſcriben. & aliâs nos diximus de vulg. & pupil. Tamen cõtrarium verius eſt, vt in terminis noſtri §. cum tota ſua materia omnino impediatur dominij translationem, & primo facit, quia teſtatoris volũtas habetur pro lege, & legi æquiparatur. §. diſponat, in auth. de nuptijs. Sed per prohibitionẽ legalẽ prohibetur dominij translatio, l. quædam, de acqui. rer. dom. l. 1. de fund. dot. Ergo & quod impediatur gl. in l. cum pater. §. libertis. infr. eod. & ratio eſt, quia in vlt. voluntatibus transfertur dominium, l. à Titio, de furt. l. cum hæredes, de acqui. poſs. ideo ſequitur, quod teſtator in ſua prohibitione impediat dominij translationem, vt Dd. hic dicunt obiter. Iſta quæſtio non videtur habere difficultatẽ, quia iura hoc præſupponere videntur. Nam tex. in d. l. peto. §. fratre. d. §. prædiũ. d. §. libertis, cũ omnib. iuribus ſæpius adductis, ꝓbat, quod illi qui remanẽt de familia poſſint reſcindere alienationes factas per ſuos cohęredes. † Nec obſt. quod dicitur de contractibus, quia eſt diuerſa ratio in contractibus, & in vlt. voluntatibus. Propterea non procedit argumentum,

tum,vt dicit Bar.in d.§. eum qui chyrographū.
Non obſtat quod durum ſit,vt quis non poſsit
diſponere, quia non procedit in vltimis volun-
tatibus,quia vt dicit I C. noſter hic, Teſtatores
poſſunt imponere legem rebus, quando præce-
ptum eorum eſt cum cauſa. † Iuxta hanc quæ- 185.
ſtionem,cum Bart.& Dd. quęro,an idē locum
habeat in contractibus, vt impediatur dominij
translatio, exemplum: Si inter cohęredes con-
uentū fuit,vt emptor vendere non poſsit,an per
huiuſmodi conuentionē impediretur dominij
translatio. hanc quæſtionem ponit Bar.hic, Ex
cuius dictis, vt iſta materia clarius appareat,cū
Iaſ. hic pono † regulā cum nonnullis exceptio- 186.
nibus.Regula ſit,vt per contractum non impe-
diatur dominij translatio, ſed quod emptor te-
neatur vēditori ad pœnā,ſi appoſita fuit,vel ad
intereſſe, quia iſte emptor promittebat factum,
hoc eſt, non alienare,ideo in obligationibus fa-
ctorū ſuccedit intereſſe, l.ſi qs ab alio,de re iu.l.
ſtipulationes nō diuidūtur,verſ.Celſus,de ver.
obl.facit adhoc q̄d dicūt Dd. poſt Bart. in d. l.
ſtipulationes,nō diuidūtur,col. 12. verſ.quid er
go dicem9,vbi Bar.expreſsè differētiā ponit in-
ter cōtractus,& vlt. volūtates,in quib. nō habēt
locū prędicta iura,quia trahūt ſecū executionē.
Iſta

187. Iſta regula ſic poſita recipit exceptiones. † Prima, quando actus eſt irreuocabilis, veluti in libertate, l. ea quidem. C. Si manc. ita fue. al.

188. † Secundò fallit, quando apponens pactum de non alienando in cõtractu ſibi reſeruaret ius in re. quia reſeruatio impediret dominij translationem, exempli gratia, venditor dicit emptori; Volo vt non poſsis vendere & alienare Titio meo aduerſario, propter inimicitias inter nos exortas. prout in ſimili dicitur in d.l.codicillis. §.matre, tit. 1. aliâs ſi feceris contra voluntatem meã, volo quod res reuertatur ad me pleno iure, tunc propter talis iuris reſeruationem non poſſet fieri alienatio, nec dominium transferretur in emptorẽ, tex. eſt ſing. in l. ſi creditor. §. fin. ſecundum Pand. Florent. de diſt. pig. & illũ tex. dicit ſingularem eſſe Imol. in l. qui Romæ. §. cohæredes, de ver. obl. Propterea ex ſuprad. limitatione optimum cõſilium conſiderari poteſt in praxi, vt dicit Imol. in d. §. cohæredes.

189. † Quod licet ſingularis ſucceſſor non teneatur ſtare colono, vt patet in l. emptorem, cum ſimil. C. locat. Tamen ſi in locatione conductor conuenerit cum domino locante; vt in euentum, in quem dicta res vt domus venderetur, quod adhuc durare debeat locatio, tunc emptor nõ poſ-

ſet

ſet expellere conductorē, & dicit ibi Imol. ſe in facto obtinuiſſe, idē Imol. hoc dicit vnà cū aliјs Dd. in l. qui abſenti. §. de acqui. poſ. Caſt. in l. ſi merces. §. 1. locati, Alex. in l. ſi filio. §. fin. col. 4. in fin. ſupr. ſol. mat. Iaſ. hic latè tradit, & iſtud conſilium veriſsimū eſt, & pluries vidi ſic obſeruatum, & ego habui in facto proprio. † Ter- 190.
tia exceptio eſt, vt ſi pactum alienationis appoſitum in contractu haberet naturam reſolutiui contractus traditionis, tunc impediretur dominiј trāslatio, vt ſi emptor promitteret nullo vnquam tempore alienare rem vēditam, & ſi contingat illum deuenire ad aliquem alienationis actum, ipſo iure res reuertitur ad venditorem, pro quo conſtituit ſe nomine illius poſsidere, iuxta tex. in l. quod meo, in principio, vbi latè dixi de acqui. poſs. l. certè. §. 1. deprecari. Idem Bar. & aliј dicūt in l. qui abſenti. §. 1. Nec iſta exceptio habet difficultatem. † Quarta exceptio 191.
eſt Iaſ. hic vltra Dd. vt impediatur dominiј translatio in contractibus propter conuentionē de bonis non alienandis, quādo ex ſolo contractu abſq; vlla traditione transfertur dominium, vtputa in eccleſia, in fiſco &c. l. fin. C. de SS. eccleſ. & in aliјs caſibus ſpecialibus, quos enumerat gl. in l. ſi ager, de rei vēd. in verb. Rectè, cir-

circa medium, & ego vltra oẽs latè nuperrimè enumeraui hos caſus, in l. obligationũ ſubſtantia, in princ. de act. & obligat. quę notanda ſunt ad ea quæ Dd. tradunt in l. traditionibus. C. de pact. & hoc fuit dictũ ſingulare Bal. ĩ d. l. peto. §. fratre; in quinta oppoſitione, & ibi Imol. & ratio eſt, quia iſta exceptio prouenit ratione ceſſante, cum in dictis caſibus dominij trãslatio fiat abſq; traditione. † Quinta exceptio eſſe po-
192. teſt in terminis legis, qua ratione §. nonnunquã, de acqui. re. do. videlicet quãdo res vẽdita eſſet, quæ eſſet penes emptorẽ, tunc non impediretur dominij translatio, & hoc à ratione ceſſante, vt
193. ſupr. dictũ eſt. † Sexta addi poteſt exceptio, vt non poſsit dominij translatio impediri, quando dominiũ transfertur, ſecus ſi non trãsfertur, vt puta quando preciũ non eſſet ſolutũ, quo caſu dominiũ non tranſit. §. venditæ. Inſt. de re. diui.
194. † Subſequenter Bar. hic quęrit, † an ſtatutum valeat, vt bona immobilia vendi non poſsint non ſubditis, & ſic peregrinis, prout huiuſmodi ſtatuta frequenter ſolent fieri in ciuitatibus & prouincijs. Bar. hic, qui mouet hãc quęſtionem poſt Guil. de Cun. diſtinguebat duos caſus, Aut ſtatuta loquuntur circa laicos peregrinos, aut verò prohibẽt eccleſias, vel eccleſiaſticas perſo-
nas

nas emere in eorum dominijs. Primo caſu Bar. dicit valere iſtud ius municipale, & vltra iura adducta per Guil. à Cun. adducit optimum tex. in l. ſi in emptione. §. 1. ibi, Mos ciuitatis, de contra. empt. vbi text. expreſsè ſentit conſuetudine ciuitatis ſeu ſtatuto poſſe iſtos contractus emptionis & venditionis prohiberi, & ita Bar. ibi not. iſtum text. eundem tex. ad idem propoſitum not. Bald. & Sal. in l. dudum. C. de contra. empt. & cum hac diſtinctione Bart. circa primam partem ſingulariter pertranſeunt Dd. Solus Iaſ. hic mouetur contra Bar. per l. 2. in principio, C. de præd. & omni. reb. nauic. lib. 11. vbi text. dicit: Quoniam intercipere contractum emendi & vendendi phas prohibet, ergo ſequitur ex illo tex. ſtatutum non debere valere, quia iniquum eſſet. Vltra iſtum textum adduci poſſet optima ratio, vt non debeat valere huiuſmodi ſtatutum. Nam contractus emptionis & vēditionis, & ſimiles contractus ſunt inuenti à iure gentium, l. ex hoc iure, & ibi Dd. omnes de iuſ. & iu. Ergo ſequitur huiuſmodi ſtatuta non valere, quia diſponunt contra ius gentium, quo caſu nec princeps ipſemet poteſt hoc facere. §. ſed & naturalia, cum alijs vulg. Inſtit. de iur. nat. gen. & ciui.

Bar. in d. l. 2. no. illum tex. cõtra ſuam ſententiam hic, quam defendẽdo dicebat, quod ibi illa ratio adducta pro Imp. fuit impulſiua, & non finalis. Iaſ. hic pertrãſit cum ſententia Bar. & Dd. contẽtus ſolutione Bar. ad d. l. 2. † Verùm ſi quis inſtare voluerit, ille text. vrget hic contra illum hic, nec ſolutio illius tradita ad illum tex. non videtur tollere dubium. Nam ibi non fuit ratio impulſiua, ſed finalis & æqua, neque alia ratione motus fuit Imp. ibi, vt nauicularij non prohiberentur emere, ibi, niſi quod facultas emendi prouenit à iuregentium, vt ſupr. dicebamus, & ideo iniquũ eſt, & non fas auferre alicui hanc facultatem. Sed infr. alio modo reſpondendo circa ſecundam partẽ diſtinctionis apparebit alia ſol. ad d. l. 2. Circa ſecundam partẽ diſtinctionis Bart. cõcludit tale ſtatutum non valere, quia eſt cõtra priuilegia & libertatem eccleſiaſticã, prout nouiſsimè apparet per conſtitutionem Federici in auth. caſſa. C. de SS. eccleſ. & ita Dd. omnes hic ſequuntur ſententiam Bar. poſt Guil. à Cun. exceptis nõnullis, quos Iaſ. hic refert. Contra Guil. & alios tenet Iacob. Butrig. in l. aſsiduis. C. qui potio. in pig. hab. vbi dixit, iſtud ſtatutum directè non eſſe contra eccleſias, ſed contra laicos, tamen vt

Ang.

Ang. & Flor. hic in fine dicunt, qui effectu eſt contra libertatẽ eccleſiaſticam. Licet enim ſtatutum dicat, ne laici poſſent vẽdere bona eccleſijs, & ſint prohibiti ſubditi, tamen per conſequens cẽſentur etiam prohibitæ perſonæ eccleſiaſticæ emere. Nam ſi prohibentur laici vẽdere per indirectum, prohibentur etiam eccleſiæ, & hoc modo eſſet fraus quædam in verbis, & ideo ad tollendas fraudes, ſtatutũ iſtud non valet, arg. optimi tex. in l. ſed Iulianus. §. in mutui, ad S C. Macedo. cum ſimilibus. Damnatur ratio Bar. dum dicit hoc eſſe contra priuilegia eccleſiarũ, quia iſtud non eſt priuilegium. errat in verb. Bar. † Nam cuilibet de iure cõmuni licet 195.
emere & vendere, in hoc eccleſia non eſt priuilegiata. Contra ſentẽtiam Bar. in ſpecie Signo. de Homo. tenet in cõſ. 19. & inter alia argumẽta mouetur viua ratione, quod finalis ratio ſtatuentium fuerit, ne bona venderentur eccleſijs & perſonis eccleſiaſticis propter onera publica collectas &c. quia cum ſint liberæ eccleſiæ, & non ſubditæ ſtatuentibus laicis, non poſſunt eis imponi onera, ſic ergo ſtatuentes moti ſunt fauore publico. † Vltra hanc rationem confir- 196.
mando addi poteſt ratio, quod ſtatuentes etiam habuerunt rationem circa iſtud ſtatutum, ſiue

bona vēderentur laicis peregrinis ſiue eccleſijs, ne ſubditi pauperiores efficerētur, quod ſequeretur ſi peregrini emere poſſent ſita in tali dominio, quia perderent agros & fructus, & Reipub. intereſt habere ſubditos diuites, vt Bar. &
197. Dd. dicūt in l. 1. ſupr. ſol. mat. † & ideo iſtæ rationes licet non ſint expreſſæ in ſtatuto, tamen habere debent pro expreſsis, ex quo aliæ rationes aſsignari nō poſſunt, per not. in l. quamuis, & ibi Bal. C. de fideicō. & in effectu placet mihi ſentētia Iaſ. poſt alios, cōtra Bart. hic propter
198. ſuprad. rationes. † Nam quoties verſatur fauor publicus, ceſſant omnia priuilegia eccleſiarum, & videmus quod in publicis functionibus neceſſarijs eccleſiæ quoq; tenētur, l. ad inſtructiones itinerum pontiumq;, vbi Bar. & Dd. ibi. C. de SS. eccleſ. & ideo propter fauorē publicum iſtud ſtatutū debet valere, etiā contra perſonas eccleſiaſticas. Nam ſubſiſtēte cauſa publica facultas, quæ etiā de iure gentiū competit, poteſt limitari à iure ciuili, ſeu ſtatuentibus, habētibus tamen authoritatem ſtatuendi, vt probatur per not. per gl. Bar. Bal. & alios in l. fin. C. ſi cont. ius vel vtil. publ. Cano. in c. quæ in eccleſiarū, ext. de cōſtitu. & hoc modo ſol. apparet ad d. l. 2. C. de prǽd. & ali. reb. nauic. li. 11. & ad ratio-
nem

nem noſtram in contrarium adductam. Quod non ſit licitum prohibere vendere & emere, niſi verſetur fauor publicus, et ſic loquitur tex. in d. l. 2. Sed vbi verſatur fauor publicus, poteſt limitari facultas emendi & vendendi, & eſt vera reſponſio, ſed Bar. eſt puerilis.

† CIRCA vltimam quæſtionem principalem, an facta alienatione contra teſtatoris volũtatem, locus ſit præſcriptioni, hanc quæſtionem ponit hic Bar. in penul. quæſt. poſt Guil. à Cun. & vnà cum ipſo tenet, præſcriptionem currere. Guil. adducit duo iura, l. fi. §. pen. C. Cõmunia, de leg. l. qui hæredem. §. ſi res, inf. de condit. & demonſt. in quib. iuribus probatur, quod ſi hæres rem legatã alienauerit, vt res vſucapi poſsit. Bar. hic addebat ſubtilem rationem. Nam ſi illi, quorũ fauore facta eſt prohibitio alienationis, conſentiunt, valet & tenet alienatio, l. nihil. §. 1. ſup. eod. tit. l. cũ pater. §. libertis, inf. tit. 1. opt. eſt tex. vltra Bar. in l. quoties. C. de fideicõ. quanto fortius debet valere alienatio p præſcriptionẽ? Nã patiẽdo qs rẽ præſcribi videtur cõſentire, l. alienationis verbũ, de ver. ſig. imò magis cõſentire videt, q̃ ſi expreſsè cõſenſiſſet, l. lõge, & ibi no. de diuer. & temp. præſcri. Cõfirmare poteſt ſenten. iſta. Nã vſucapio reſpicit publ. vtilitatẽ, 199.

l. 1.

l. 1. de vſucap. Priuati non poſſunt renuntiare præſcriptioni, l. ius publicum, de pact. l. quod de bonis. §. 1. infr. ad l. Falcid. Bar. & Dd. dicũt in l. 1. de vſucap. vbi aliâs dixi Cano. in Rub. ext. eod. & cum hac ſententia Bart. Ang. Alex.
200. Iaſ. & alij communiter pertranſeunt. † Verùm iſta Dd. ſentẽtia ſimpliciter non eſt vera, & ratio, quia lex & voluntas teſtatoris à pari procedunt, §. diſponat, in auth. de Nup. l. verbis legis, cum ſimil. de verb. ſig. Sed vbi lex prohibet alienationem, vt in l. 1. de fund. dota. tunc res illa non poteſt vſucapi. Item contra hanc ſententiã videtur eſſe caſus in l. 2. C. de vſucap. pro empt. & ibi gl. expreſsè dicit per illũ tex. quam etiam adducit Guil. in contrariũ, vbi voluit tex. quod ſi prohibitio facta eſt de non alienandis mancipijs, ſi alienatio facta fuit, locus non eſt vſucapioni, ſic ibi videtur eſſe, & nõ mirum eſt, quod ibi gl. ſic teneat, nec procedit reſponſio Guil. à Cun. quã Bar. & Dd. ſequũtur, quod illud procedat, quia ſumus in reb. pupilli. Gl. ibi mouetur duabus rationibus, quare non ſit locus vſucapioni, quia alienatio facta erat contra teſtatoris voluntatem. Item, quia erãt res pupilli. Modo ſic, cum duæ rationes aſsignentur, licet vna ceſſet, remanẽte tamen alia remanet iuris diſpo-

ſitio,

ſitio,per no. in §. affinitatis. Inſt. de Nupti.l. ſi vētri.§.quod in bonis,& ibi not.de priui. cred. item contra hanc ſententiam videtur eſſe tex. in d.l. alienationis verbum, de verb. ſig. vbi I C. ait, ſub nomine alienationis contineri etiā vſucapionem, & ille tex. loquitur generaliter, nec debet reſtringi ad prohibitionem à lege factam, ſed etiam ſi facta ſit alienatio ab homine, licet gl. ibi videatur reſtringere illum text. quod eſt cōtra naturam illius tituli, cum ibi tractetur de proprietate, quæ prolata ſunt tam à lege quàm à teſtatore, & ſic ille tex. facit in oppoſitū, licet Bar. adducat illum tex. quantum ad rationem traditam ibi. Item etiā videtur iſta ſentētia aduerſari pluribus iuribus,ſcilicet d. §. prædium, cum alijs,vbi omnes de familia in infinitum vocātur ad fideicommiſſum, ergo videtur res non poſſe vſucapi,aliâs non admitterentur in infinitum. Non obſt. ea quę adducebantur per Guil. Bar. & alios, & reſpondetur primò ad iura adducta per Guil. quod non loquātur in terminis noſtræ quæſtionis. Nam ibi hęres non facit cōtra expreſſam teſtatoris voluntatem, quia non erat prohibitus à teſtatore, ſed tantùm à lege, ſed hîc loquimur in expreſſa teſtatoris prohibitione. Non obſtat ratio Bar. quia reſpondetur,

quod cõſenſus illorũ de familia non prẹiudicat, niſi conſentientibus vel tacitè patientibus rem præſcribi, ſecus quoad naſcituros, qui poſſunt reuocare alienationẽ factam, non obſtãte quod lapſum fuiſſet tempus, vt ſimili ſingulariter dixit Fulg. in l. quoties, Iaſ. C. de fideicom. per no. in fratre, quod quãdo ius ab initio acquiſitũ eſt omnib. de familia, quod nõ poteſt inferri præiudiciũ non conſentientibus, & quod cõtra non natos nõ currat prẹſcriptio, apparet viua ratione, quia cum non poſsint agere, non poteſt conſiderari negligentia eorũ quæ viget in præſcriptione, l. 3. de vſucap. & regula eſt, Non valẽti agere nõ currit præſcriptio, l. in fine, & ibi Dd.
201. C. de anna. except. † Propterea reconciliando diſtinguo ſic, aut quẹſtio loquitur quoad natos conſentientes vel tacitè patiẽtes, tunc procedat ſentẽtia Guil. Bar. & Dd. Si verò cõſideramus quoad non natos & non exiſtẽtes in rerũ natura, tunc procedat noſtra vltima ratio quæ incõuincibilis eſt, vt nullo modo poteſt eſſe locus præſcriptioni; & iſto caſu indiſtinctè teneo contra Bar. & Dd. ea ratione, quia dictum eſt, quod ius quæſitũ eſt omnibus natis & naſcituris, d. l. ſi cognatis, ideo parentis conſenſus in alienatione nullo modo poteſt præiudicare filijs

naſci-

naſcituris, ſed ſolùm parẽtibus conſentientibus, vt voluit Fulg. in d. l. quoties, & ita in terminis, hoc voluit Io. de Ana. in cõſ. 47. Illud præſupponitur, & ratio manifeſta eſt, quia, vt diximꝰ, cum illi non erant in rerũ natura, tempore quo facta fuit alienatio, quomodo potuiſſet contra eos currere præſcriptio, cũ nõ potuiſſent agere necꝫ cõtradicere: & in iſtis terminis videtur eſſe caſus in d. l. 2. C. de vſucap. pro empt. vbi teſtator volebat bona ſua ſemper ſeruari in famimilia, ideo tex. ibi dicit, quod non currat præſcriptio, & hoc modo debet intelligi ille tex. in terminis, in quibus loquitur Crot. hic, col. 37. limitat dictum Fulg. niſi tales filij hæreditatem adierint illius qui conſenſit alienationi. Quo caſu viderentur approbare contractum factum per patrem immiſcendo ſe hæreditati paternæ, per textum in l. cum à matre, & ibi notat. C. de rei vendit. † videlicet quod hæres tenetur 202.
comprobare factum defuncti, facit etiam pro Crot. quia hæredi nullo modo licitum eſt contra factum venire, eò quia hæres & defunctus vna eademque perſona reputantur, vt dicit Baldus in dicta l. cum à matre, & facit textus in auth. de iureiur. à mori. præſti. in principio, & iſtam rationem adducit Fulg. in conſ. 67.

 paterfa-

paterfamiliâs teſtamento,col.fina. facit tex.in l. hæredem,de reg.iu. Pet. de Anch.in conſ. 16. in quæſtione,in fine,& latè Dec.in conſ.57.lib.4. vbi latè probat hæredem & defunctum æquiparari. Sed animaduertendum eſt,quod iſta limitatio Crot.per regulam l.cum à matre,& per ea quę ſuprà deducta ſunt, Nam procedũt, circa ea quę ſunt acquiſita filijs prouidentia paterna,& à patre proficiſcuntur, vel eius intuitu, l. cum plures.§. arrogato, ſupr.de vulg. & pup. Sed in illis quæ acquiruntur filijs non prouidentia paterna, ſed iure proprio, tunc non procedit regula d. l. cum à matre,cum ſimil. prout in caſu noſtro, cum ius acquiſitum eſſet omnibus de familia per antiquum teſtatorem. Quo caſu in perſona filiorum naſciturorum erat ius eradicatum, ſicut in natis ſaltem in ſpe, ſi naſcerentur,& idcirco non tenentur in hoc comprobare factũ defuncti,& poſſunt reuocare huiuſmodi bona defuncti,non obſtante conſenſu paterno, quia ius eis competit iure proprio,non proueniente ex perſona patris, ita ſingulariter & notabiliter voluit Bar.in l.2. C. de inoff.donat. & ea etiã quę ſupr.deduximus,& ita etiam ſentiebat Ioan. de Ana. in præalleg. conſ. 47. circa finem.

† Ex

† Ex dictis Bar. in hac quæſtione colligitur, quod conſentiẽtibus illis de familia, quorũ fauore facta fuit prohibitio, alienatio valet, & tenet, vt dicit tex. in l. cũ pater. §. libertis, & in d. l. nihil. §. 1. & in d. l. quoties. Idẽ dicendũ eſt ſecũdũ Bar. ſi tacitè conſentiũt, vtputa per pręſcriptionẽ. Tenẽdo tamẽ diſtinctionẽ noſtrã, & ſic ſiue expreſsè, ſiue tacitè cõſenſus illorum de familia valet & tenet. † Poteſt etiam colligi tacitus cõſenſus, ſi illi de familia fuiſſent præſentes, quando poſsidẽtes bona prohibita alienari extra familiam, alienabãt. Nam ex quo de eorum commodo & fauore tractabatur, & potuerunt ſi voluiſſent cõtradicere, & non contradixerũt, videntur tacitè conſentire, cum talis alienatio ſine eorum conſenſu erat nulla, d. §. libertis, ideo, vt dixi, non impediendo videntur conſentire, ita eſt gl. nota. in l. Caius, per illum textum, de pigno. acti. & Bar. in l. quæ dotis, in fine. & ibi communiter omnes Dd. ſup. ſol. mat. Secus verò ſi eſſet fideicommiſſum aliquod ſub conditione relictũ, & tempore alienationis adhuc dies non ceſſerit, neq; venerit. Licet quis fuiſſet præſens in alienatione, non tamen ſibi obſtaret præſentia, eo quia via fideicõmiſsi adhuc aperta non erat, & ideo contradicẽdo non potuiſſet

203. (at line 1); 204. (at line "milia valet")

 reuocare,

reuocare, prout loquitur nota.gl.in d.l. Gaius, & not.Dd.in l.Titia.§.Lucia. infr.tit.1.& in d. l.quæ dotis. Item etiā videntur tacitè conſentire, ſi omnes vno & eodē tempore, licet ſeparatim, venderent bona prohibita alienari, quia tunc videntur tacitè alienationi conſentire, vt apparet in d.§. libertis, & ibi Bart. not. & adducit tex. in l.Titius, in principio. quib. mod. pig. vel hypo.ſol. ita Bald.in l. fina. C. ad S C. Macedo. in conſ.80.vol.5.

205. † Item nota ſingularē caſum, in quo quis præſtare videtur cōſenſum, vt omnino excludatur exceptio ad reuocationē bonorum prohibitorū; videlicet ſi ille de familia interceſsiſſet fideiuſſor in bonis venditis contra prohibitionē teſtatoris, quia cum tali caſu promitteret de euictione excluderet̄ à fideicōmiſſo, vel à petitione reuocationis bonorū prohibitorū & alienatorū, ita voluit hic Crot. per text. in l. exceptione.

206. C. de euict. per quē tex. vltra Crot. hic † poſſet colligi optima cautela ſiue remedium, vt quis poſſet emere bona prohibita alienari extra familiā, videlicet ſi procuraret, vt venditor daret fideiuſſorē ſibi illū de familia, ad quē ſpectaret ius reuocādi. Nam ſi interceſsiſſet fideiuſſor omnino excluderetur, quādo vellet reuocare hu-

iuſmodi

iuſmodi venditionē factā, quia opponeretur ſibi de fideiuſsione euictionis rei, vt apparet in d. l. exceptione, & quia latè dictū eſt de prohibitione teſtatoris, ne bona alienarētur extra familiā, & alios vocauerit, d. §. fundū, & eius tenorę nō alienet, vt dicit ibi tex. † Quæro nūc de quotidiana & frequenti quæſtione, quam ponit hic Crot. Teſtator reliquit plura bona vel vnā rem duntaxat, vtputa fundum vel ædes cum prohibitione, ne bona alienētur, & ſi alienata fuerint, vocauit hoſpitale, vel aliū locū pium, vel alias perſonas, hæres prohibitus alienauit vnam rem duntaxat vel partē rei, quæritur an debeat priuari omnibus bonis, vel dūtaxat pro parte alienata? Ang. in conſ. 118. voluit in iſtis terminis prohibitū alienare priuandū eſſe omnib. bonis hac ratione, quia hæres priuatus ſub tali conditione videtur vocare alterū hęredē inſtitutū ſub cōtraria cōditione ſi alienauerit, l. aliquādo, inſ. de cōdit. & demon. itē qa cōditio eſt indiuidua, l. cui fundus, in prin. inſ. de cōdit. & demonſt. ſi ergo pro parte nō ſeruatur, nō dicit̄ ſeruata cōditio. facit etiā ſecundū Crot. ꝑ Ang. quod quis poteſt ꝑ parte adimplere, & ꝑ parte impugnarę teſtatoris volūtatē, ideo ſi impugnat pro parte, in totū debet priuari, l. etiam, ſup. eod. tit. facit 207.

cit

cit etiam ſecundum Crot. pro Angelo. Nam in diſpoſitione hominis, ſi pro parte fiat pœna, in totum committitur, l. hæredes. §. idem iuris famil. herciſc. Contrarium autem in iſtis terminis voluit Iaſ. in l. ait prętor, col. 2. de iureiu. qui directe tenet contra deciſionem Ang. adducens aliquas rationes, & præſertim mouetur authoritate Iac. Butrig. Alber. & Sal. ibi, dũ volunt,
208. quod tex. in d. l. ait prætor, † vt appellatione rei contineatur pars, non procedat in materia pœnali & odioſa. Sed nos ſumus in materia odioſa, vt ſuprà ſæpiſsimè dictũ eſt. Ergo &c. item quia pœna non debet egredi metam delicti, l. reſcriptũ, de pact. l. hęres qui tacitam, de his quib. indig. & dicit Iaſ. ibi in iſtis terminis ſe conſuluiſſe. adde vltra Iaſ. idem etiã voluiſſe Carol.
209. Ruy. in conſ. 119. lib. 6. circa finem. † Sed mihi magis placet opinio Ang. in iſtis terminis, quem ſequitur hic Crot. & vltra deducta per eos moueor. Nam à pari procedunt in noſtro caſu prohibitio legis & prohibitio hominis, imò maior, vt ſuprà dictum eſt. Sed quando lex prohibet alienationem alicuius rei, ſi minima pars alienatur contra diſpoſitionem legis, is cadit à tota re, vt apparet in extrauaganti Pauli ſecundi, vbi ſi quis alienat minimam partem rei

ecclesia-

eccleſiaſticæ inconſulto pontifice, cadit à toto beneficio, ita dicendum eſt in prohibitione facta ab homine, quia ita attenditur teſtatoris voluntas in minimis, ſicut in tota re, propterea venit priuandus in tota re. Sicut videmus in ſimili, ſi emphiteota deficit in vno obulo in ſolutione Canonis, cadit à toto contractu, vt dicit gl. & ibi Bar. & Dd. in auth. Qui rem. C. de SS. eccleſ. vbi latè per Decium, & Dd. cõmuniter in l. 2. C. de iu. emphi. & hoc eſt propter contemptũ domini directi, & in pœnalibus, etiam pro minimo actio cõpetit. Nam actio furti pro vno ouo competit. §. Gallinarum, in fine, & ibi gl. in verb. Lucrandi. Inſt. de re. diuiſi. & pro modica iniuria iniuriarũ actio etiam competit, vt Ab. & Anto. de But. in c. cum te, de re iud. Neq; obſ. limitatio ſupradicta, ad d. l. ait prætor, quia illa regula loquitur in facto diuiduo, hinc eſt quod pœna non habet locum in parte rei, ſecus in caſu noſtro, cum ſumus in facto indiuiduo, videlicet in volũtate teſtatoris ſeruanda, quæ indiuidua eſt, l. furioſum. C. qui teſta. face. poſs. l. quidam elogio. C. de iur. delib. Neque etiam obſtat d. l. Reſcriptum, vbi pœna metam delicti egredi non debet, quia illa † regula 210.
procedit in facto diuiduo. hinc eſt quod pœna

Bar. in d. l. 2. no. illum tex. cõtra ſuam ſententiam hic, quam defendẽdo dicebat, quod ibi illa ratio adducta pro Imp. fuit impulſiua, & non finalis. Iaſ. hic pertrãſit cum ſententia Bar. & Dd. contẽtus ſolutione Bar. ad d. l. 2. † Verùm ſi quis inſtare voluerit, ille text. vrget hic contra illum hic, nec ſolutio illius tradita ad illum tex. non videtur tollere dubium. Nam ibi non fuit ratio impulſiua, ſed finalis & æqua, neque alia ratione motus fuit Imp. ibi, vt nauicularij non prohiberentur emere, ibi, niſi quod facultas emendi prouenit à iuregentium, vt ſupr. dicebamus, & ideo iniquũ eſt, & non fas auferre alicui hanc facultatem. Sed infr. alio modo reſpondendo circa ſecundam partẽ diſtinctionis apparebit alia ſol. ad d. l. 2. Circa ſecundam partẽ diſtinctionis Bart. cõcludit tale ſtatutum non valere, quia eſt cõtra priuilegia & libertatem eccleſiaſticã, prout nouiſsimè apparet per conſtitutionem Federici in auth. caſſa. C. de SS. eccleſ. & ita Dd. omnes hic ſequuntur ſententiam Bar. poſt Guil. à Cun. exceptis nõnullis, quos Iaſ. hic refert. Contra Guil. & alios tenet Iacob. Butrig. in l. aſsiduis. C. qui potio. in pig. hab. vbi dixit, iſtud ſtatutum directè non eſſe contra eccleſias, ſed contra laicos, tamen vt

Ang.

Ang. & Flor. hic in fine dicunt, qui effectu eſt contra libertatē eccleſiaſticam. Licet enim ſtatutum dicat, ne laici poſſent vēdere bona eccleſijs, & ſint prohibiti ſubditi, tamen per conſequens cēſentur etiam prohibitæ perſonæ eccleſiaſticæ emere. Nam ſi prohibentur laici vēdere per indirectum, prohibentur etiam eccleſiæ, & hoc modo eſſet fraus quædam in verbis, & ideo ad tollendas fraudes, ſtatutū iſtud non valet, arg. optimi tex. in l. ſed Iulianus. §. in mutui, ad S C. Macedo. cum ſimilibus. Damnatur ratio Bar. dum dicit hoc eſſe contra priuilegia eccleſiarū, quia iſtud non eſt priuilegium. errat in verb. Bar. † Nam cuilibet de iure cōmuni licet 195.
emere & vendere, in hoc eccleſia non eſt priuilegiata. Contra ſentētiam Bar. in ſpecie Signo. de Homo. tenet in cōſ. 19. & inter alia argumēta mouetur viua ratione, quod finalis ratio ſtatuentium fuerit, ne bona venderentur eccleſijs & perſonis eccleſiaſticis propter onera publica collectas &c. quia cum ſint liberæ eccleſiæ, & non ſubditæ ſtatuentibus laicis, non poſſunt eis imponi onera, ſic ergo ſtatuentes moti ſunt fauore publico. † Vltra hanc rationem confir- 196.
mando addi poteſt ratio, quod ſtatuentes etiam habuerunt rationem circa iſtud ſtatutum, ſiue

bona vẽderentur laicis peregrinis ſiue eccleſijs, ne ſubditi pauperiores efficerẽtur, quod ſequeretur ſi peregrini emere poſſent ſita in tali dominio, quia perderent agros & fructus, & Reipub. intereſt habere ſubditos diuites, vt Bar. &
197. Dd. dicũt in l. 1. ſupr. ſol. mat. † & ideo iſtæ rationes licet non ſint expreſſæ in ſtatuto, tamen habere debent pro expreſsis, ex quo aliæ rationes aſsignari nõ poſſunt, per not. in l. quamuis, & ibi Bal. C. de fideicõ. & in effectu placet mihi ſentẽtia Iaſ. poſt alios, cõtra Bart. hic propter
198. ſuprad. rationes. † Nam quoties verſatur fauor publicus, ceſſant omnia priuilegia eccleſiarum, & videmus quod in publicis functionibus neceſſarijs eccleſiæ quoq; tenẽtur, l. ad inſtructiones itinerum pontiumq;, vbi Bar. & Dd. ibi. C. de SS. eccleſ. & ideo propter fauorẽ publicum iſtud ſtatutũ debet valere, etiã contra perſonas eccleſiaſticas. Nam ſubſiſtẽte cauſa publica facultas, quæ etiã de iure gentiũ competit, poteſt limitari à iure ciuili, ſeu ſtatuentibus, habẽtibus tamen authoritatem ſtatuendi, vt probatur per not. per gl. Bar. Bal. & alios in l. fin. C. ſi cont. ius vel vtil. publ. Cano. in c. quæ in eccleſiarũ, ext. de cõſtitu. & hoc modo ſol. apparet ad d. l. 2. C. de prẽd. & ali. reb. nauic. li. 11. & ad ratio-

nem

nem noſtram in contrarium adductam. Quod non ſit licitum prohibere vendere & emere, niſi verſetur fauor publicus, et ſic loquitur tex. in d. l. 2. Sed vbi verſatur fauor publicus, poteſt limitari facultas emendi & vendendi, & eſt vera reſponſio, ſed Bar. eſt puerilis.

† CIRCA vltimam quęſtionem principalem, an facta alienatione contra teſtatoris volũtatem, locus ſit pręſcriptioni, hanc quæſtionem ponit hic Bar. in penul. quęſt. poſt Guil. à Cun. & vnà cum ipſo tenet, præſcriptionem currere. Guil. adducit duo iura, l. fi. §. pen. C. Cõmunia, de leg. l. qui hæredem. §. ſi res, inf. de condit. & demonſt. in quib. iuribus probatur, quod ſi hæres rem legatã alienauerit, vt res vſucapi poſsit. Bar. hic addebat ſubtilem rationem. Nam ſi illi, quorũ fauore facta eſt prohibitio alienationis, conſentiunt, valet & tenet alienatio, l. nihil. §. 1. ſup. eod. tit. l. cũ pater. §. libertis, inf. tit. 1. opt. eſt tex. vltra Bar. in l. quoties. C. de fideicõ. quanto fortius debet valere alienatio ꝑ præſcriptionẽ? Nã patiẽdo qs rẽ præſcribi videtur cõſentire, l. alienationis verbũ, de ver. ſig. imò magis cõſentire videt, ꝙ ſi expreſsè cõſenſiſſet, l. lõge, & ibi no. de diuer. & temp. præſcri. Cõfirmare poteſt ſenten. iſta. Nã vſucapio reſpicit publ. vtilitatẽ, 199.

l. 1.

l. 1. de vſucap. Priuati non poſſunt renuntiare præſcriptioni, l. ius publicum, de pact. l. quod de bonis. §. 1. infr. ad l. Falcid. Bar. & Dd. dicũt in l. 1. de vſucap. vbi aliâs dixi Cano. in Rub. ext. eod. & cum hac ſententia Bart. Ang. Alex.
200. Iaſ. & alij communiter pertranſeunt. † Verùm iſta Dd. ſentẽtia ſimpliciter non eſt vera, & ratio, quia lex & voluntas teſtatoris à pari procedunt, §. diſponat, in auth. de Nup. l. verbis legis, cum ſimil. de verb. ſig. Sed vbi lex prohibet alienationem, vt in l. 1. de fund. dota. tunc res illa non poteſt vſucapi. Item contra hanc ſententiã videtur eſſe caſus in l. 2. C. de vſucap. pro empt. & ibi gl. expreſsè dicit per illũ tex. quam etiam adducit Guil. in contrariũ, vbi voluit tex. quod ſi prohibitio facta eſt de non alienandis mancipijs, ſi alienatio facta fuit, locus non eſt vſucapioni, ſic ibi videtur eſſe, & nõ mirum eſt, quod ibi gl. ſic teneat, nec procedit reſponſio Guil. à Cun. quã Bar. & Dd. ſequũtur, quod illud procedat, quia ſumus in reb. pupilli. Gl. ibi mouetur duabus rationibus, quare non ſit locus vſucapioni, quia alienatio facta erat contra teſtatoris voluntatem. Item, quia erãt res pupilli. Modo ſic, cum duæ rationes aſsignentur, licet vna ceſſet, remanẽte tamen alia remanet iuris diſpoſitio,

ſitio,per no. in §. affinitatis. Inſt. de Nupti.l. ſi vẽtri.§.quod in bonis,& ibi not.de priui. cred. item contra hanc ſententiam videtur eſſe tex. in d.l. alienationis verbum, de verb.ſig. vbi I C. ait, ſub nomine alienationis contineri etiã vſucapionem, & ille tex. loquitur generaliter, nec debet reſtringi ad prohibitionem à lege factam, ſed etiam ſi facta ſit alienatio ab homine, licet gl. ibi videatur reſtringere illum text. quod eſt cõtra naturam illius tituli, cum ibi tractetur de proprietate, quæ prolata ſunt tam à lege quàm à teſtatore, & ſic ille tex. facit in oppoſitũ, licet Bar. adducat illum tex. quantum ad rationem traditam ibi. Item etiã videtur iſta ſentẽtia aduerſari pluribus iuribus,ſcilicet d. §. prædium, cum alijs,vbi omnes de familia in infinitum vocãtur ad fideicommiſſum, ergo videtur res non poſſe vſucapi,aliâs non admitterentur in infinitum. Non obſt. ea quę adducebantur per Guil. Bar. & alios, & reſpondetur primò ad iura adducta per Guil. quod non loquãtur in terminis noſtræ quæſtionis. Nam ibi hęres non facit cõtra expreſſam teſtatoris voluntatem, quia non erat prohibitus à teſtatore, ſed tantùm à lege, ſed hîc loquimur in expreſſa teſtatoris prohibitione. Non obſtat ratio Bar.quia reſpondetur,

 quod

quod cõſenſus illorũ de familia non prçiudicat, niſi conſentientibus vel tacitè patientibus rem præſcribi, ſecus quoad naſcituros, qui poſſunt reuocare alienationẽ factam, non obſtãte quod lapſum fuiſſet tempus, vt ſimili ſingulariter dixit Fulg. in l. quoties Iaſ. C. de fideicom. per no. in fratre, quod quãdo ius ab initio acquiſitũ eſt omnib. de familia, quod nõ poteſt inferri præiudiciũ non conſentientibus, & quod cõtra non natos nõ currat prçſcriptio, apparet viua ratione, quia cum non poſsint agere, non poteſt conſiderari negligentia eorũ quæ viget in præſcriptione, l. 3. de vſucap. & regula eſt, Non valẽti agere nõ currit præſcriptio, l. in fine, & ibi Dd.
201. C. de anna. except. † Propterea reconciliando diſtinguo ſic, aut quçſtio loquitur quoad natos conſentientes vel tacitè patiẽtes, tunc procedat ſentẽtia Guil. Bar. & Dd. Si verò cõſideramus quoad non natos & non exiſtẽtes in rerũ natura, tunc procedat noſtra vltima ratio quæ incõuincibilis eſt, vt nullo modo poteſt eſſe locus præſcriptioni, & iſto caſu indiſtinctè teneo contra Bar. & Dd. ea ratione, quia dictum eſt, quod ius quæſitũ eſt omnibus natis & naſcituris, d. l. ſi cognatis, ideo parentis conſenſus in alienatione nullo modo poteſt præiudicare filijs naſci-

naſcituris,ſed ſolum paretibus conſentientibus, vt voluit Fulg. in d.l. quoties,& ita in terminis, hoc voluit Io. de Ana. in cõſ. 47. Illud præſupponitur,& ratio manifeſta eſt, quia, vt diximꝰ, cum illi non erant in rerũ natura, tempore quo facta fuit alienatio, quomodo potuiſſet contra eos currere præſcriptio, cũ nõ potuiſſent agere necq̃ cõtradicere? & in iſtis terminis videtur eſſe caſus in d. l. 2. C. de vſucap. pro empt. vbi teſtator volebat bona ſua ſemper ſeruari in famimilia, ideo tex. ibi dicit, quod non currat præſcriptio, & hoc modo debet intelligi ille tex. in terminis, in quibus loquitur Crot. hic, col. 37. limitat dictum Fulg. niſi tales filij hæreditatem adierint illius qui conſenſit alienationi. Quo caſu viderentur approbare contractum factum per patrem immiſcendo ſe hæreditati paternæ, per textum in l. cum à matre, & ibi notat. C. de rei vendit. † videlicet quod hæres tenetur 202. comprobare factum defuncti, facit etiam pro Crot. quia hæredi nullo modo licitum eſt contra factum venire, eò quia hæres & defunctus vna eadémque perſona reputantur, vt dicit Baldus in dicta l. cum à matre, & facit textus in auth. de iureiur. à mori. præſti. in principio, & iſtam rationem adducit Fulg. in conſ. 67.

 paterfa-

paterfamiliâs teſtamento,col.fina. facit tex.in l. hæredem,de reg.iu. Pet. de Anch.in conſ. 16. in quæſtione,in fine,& latè Dec.in conſ.57.lib.4. vbi latè probat hæredem & defunctum æquiparari. Sed animaduertendum eſt,quod iſta limitatio Crot.per regulam l.cum à matre,& per ea quę ſuprà deducta ſunt, Nam procedũt, circa ea quę ſunt acquiſita filijs prouidentia paterna,& à patre proficiſcuntur, vel eius intuitu, l. cum plures.§. arrogato, ſupr.de vulg. & pup. Sed in illis quæ acquiruntur filijs non prouidentia paterna, ſed iure proprio, tunc non procedit regula d. l. cum à matre,cum ſimil. prout in caſu noſtro, cum ius acquiſitum eſſet omnibus de familia per antiquum teſtatorem. Quo caſu in perſona filiorum naſciturorum erat ius eradicatum, ſicut in natis ſaltem in ſpe, ſi naſceerentur,& idcirco non tenentur in hoc comprobare factũ defuncti,& poſſunt reuocare huiuſmodi bona defuncti,non obſtante conſenſu paterno, quia ius eis competit iure proprio,non prouenientc ex perſona patris, ita ſingulariter & notabiliter voluit Bar.in l.2. C. de inoff.donat. & ea etiã quę ſupr.deduximus,& ita etiam ſentiebat Ioan. de Ana. in præalleg. conſ. 47. circa finem.

† Ex

† Ex dictis Bar. in hac quæſtione colligitur, quod conſentiētibus illis de familia, quorū fauore facta fuit prohibitio, alienatio valet, & tenet, vt dicit tex. in l. cū pater. §. libertis, & in d. l. nihil. §. 1. & in d. l. quoties. Idē dicendū eſt ſecūdū Bar. ſi tacitè conſentiūt, vtputa per præſcriptionē. Tenēdo tamē diſtinctionē noſtrā, & ſic ſiue expreſsè, ſiue tacitè cōſenſus illorum de familia valet & tenet. † Poteſt etiam colligi tacitus cōſenſus, ſi illi de familia fuiſſent præſentes, quando poſsidētes bona prohibita alienari extra familiam, alienabāt. Nam ex quo de eorum commodo & fauore tractabatur, & potuerunt ſi voluiſſent cōtradicere, & non contradixerūt, videntur tacitè conſentire, cum talis alienatio ſine eorum conſenſu erat nulla, d. §. libertis, ideo, vt dixi, non impediendo videntur conſentire, ita eſt gl. nota. in l. Caius, per illum textum, de pigno. acti. & Bar. in l. quæ dotis, in fine. & ibi communiter omnes Dd. ſup. ſol. mat. Secus verò ſi eſſet fideicommiſſum aliquod ſub conditione relictū, & tempore alienationis adhuc dies non ceſſerit, neq; venerit. Licet quis fuiſſet præſens in alienatione, non tamen ſibi obſtaret præſentia, eo quia via fideicōmiſsi adhuc aperta non erat, & ideo contradicēdo non potuiſſet

203. (beside line 1) · 204. (beside line 9)

 reuocare,

reuocare, prout loquitur nota.gl.in d.l. Gaius, & not.Dd.in l.Titia.§.Lucia. infr.tit.1.& in d. l.quæ dotis. Item etiã videntur tacitè conſentire, ſi omnes vno & eodẽ tempore, licet ſeparatim, venderent bona prohibita alienari, quia tunc videntur tacitè alienationi conſentire, vt apparet in d.§. libertis, & ibi Bart. not. & adducit tex. in l.Titius, in principio. quib. mod. pig. vel hypo.ſol. ita Bald.in l. fina. C. ad S C. Macedo. in conſ.80.vol.5.

205. † Item nota ſingularẽ caſum, in quo quis præſtare videtur cõſenſum, vt omnino excludatur exceptio ad reuocationẽ bonorum prohibitorũ; videlicet ſi ille de familia interceſsiſſet fideiuſſor in bonis venditis contra prohibitionẽ teſtatoris, quia cum tali caſu promitteret de euictione excluderet̃ à fideicõmiſſo, vel à petitione reuocationis bonorũ prohibitorũ & alienatorũ, ita voluit hic Crot. per text. in l. exceptione.

206. C. de euict. per quẽ tex. vltra Crot. hic † poſſet colligi optima cautela ſiue remedium, vt quis poſſet emere bona prohibita alienari extra familiã, videlicet ſi procuraret, vt venditor daret fideiuſſorẽ ſibi illũ de familia, ad quẽ ſpectaret ius reuocãdi. Nam ſi interceſsiſſet fideiuſſor omnino excluderetur, quãdo vellet reuocare huiuſmodi

iuſmodi venditionẽ factã, quia opponeretur ſi-
bi de fideiuſsione euictionis rei, vt apparet in d.
l. exceptione, & quia late dictũ eſt de prohibi-
tione teſtatoris, ne bona alienarẽtur extra fami-
liã, & alios vocauerit, d. §. fundũ, & eius tenorę
nõ alienet, vt dicit ibi tex. † Quæro nũc de quo- 207.
tidiana & frequenti quæſtione, quam ponit hîc
Crot. Teſtator reliquit plura bona vel vnã rem
duntaxat, vtputa fundum vel ædes cum prohi-
bitionẽ, ne bona alienẽtur, & ſi alienata fuerint,
vocauit hoſpitale, vel aliũ locũ pium, vel alias
perſonas, hæres prohibitus alienauit vnam rem
duntaxat vel partẽ rei, quæritur an debeat pri-
uari omnibus bonis, vel dũtaxat pro parte alie-
nata? Ang. in conſ. 118. voluit in iſtis terminis
prohibitũ alienare priuandũ eſſę omnib. bonis
hac ratione, quia hæres priuatus ſub tali condi-
tione videtur vocare alterũ hęredẽ inſtitutũ ſub
cõtraria cõditione ſi alienauerit, l. aliquãdo, inſ.
de cõdit. & demon. itẽ qa cõditio eſt indiuidua,
l. cui fundus, in prin. inſ. de cõdit. & demonſt. ſi
ergo [illegible]rtę nõ ſeruatur, nõ dicit̃ ſeruata cõdi-
tio. facit etiã ſecundũ Crot. ꝓ Ang. quod quis
poteſt ꝓ parte adimplere, & ꝓ parte impugna-
rę teſtatoris volũtatẽ, ideo ſi impugnat pro par
te, in totũ debet priuari, l. etiam, ſup. eod. tit. fa-
cit

cit etiam ſecundum Crot. pro Angelo. Nam in diſpoſitione hominis, ſi pro parte fiat pœna, in totum committitur, l. hæredes. §. idem iuris famil. herciſc. Contrarium autem in iſtis terminis voluit Iaſ. in l. ait prętor, col. 2. de iureiu. qui directe tenet contra deciſionem Ang. adducens aliquas rationes, & præſertim mouetur authoritate Iac. Butrig. Alber. & Sal. ibi, dũ volunt,
208. quod tex. in d. l. ait prætor, † vt appellatione rei contineatur pars, non procedat in materia pœnali & odioſa. Sed nos ſumus in materia odioſa, vt ſuprà ſæpiſsimè dictũ eſt. Ergo &c. item quia pœna non debet egredi metam delicti, l. reſcriptũ, de pact. l. hęres qui tacitam, de his quib. indig. & dicit Iaſ. ibi in iſtis terminis ſe conſuluiſſe. adde vltra Iaſ. idem etiã voluiſſe Carol.
209. Ruy. in conſ. 119. lib. 6. circa finem. † Sed mihi magis placet opinio Ang. in iſtis terminis, quem ſequitur hic Crot. & vltra deducta per eos moueor. Nam à pari procedunt in noſtro caſu prohibitio legis & prohibitio hominis, imò maior, vt ſuprà dictum eſt. Sed quando lex prohibet alienationem alicuius rei, ſi minima pars alienatur contra diſpoſitionem legis, is cadit à tota re, vt apparet in extrauaganti Pauli ſecundi, vbi ſi quis alienat minimam partem rei eccleſia-

eccleſiaſticæ inconſulto pontifice, cadit à toto beneficio, ita dicendum eſt in prohibitione facta ab homine, quia ita attenditur teſtatoris voluntas in minimis, ſicut in tota re, propterea venit priuandus in tota re. Sicut videmus in ſimili, ſi emphiteota deficit in vno obulo in ſolutione Canonis, cadit à toto contractu, vt dicit gl. & ibi Bar. & Dd. in auth. Qui rem. C. de SS. eccleſ. vbi latè per Decium, & Dd. cõmuniter in l. 2. C. de iu. emphi. & hoc eſt propter contemptũ domini directi, & in pœnalibus, etiam pro minimo actio cõpetit. Nam actio furti pro vno ouo competit. §. Gallinarum, in fine, & ibi gl. in verb. Lucrandi. Inſt. de re. diuiſi. & pro modica iniuria iniuriarũ actio etiam competit, vt Ab. & Anto. de But. in c. cum te, de re iud. Neq; obſ. limitatio ſupradicta, ad d. l. ait prætor, quia illa regula loquitur in facto diuiduo, hinc eſt quod pœna non habet locum in parte rei, ſecus in caſu noſtro, cum ſumus in facto indiuiduo, videlicet in volũtate teſtatoris ſeruanda, quæ indiuidua eſt, l. furioſum. C. qui teſta. face. poſs. l. quidam elogio. C. de iur. delib. Neque etiam obſtat d. l. Reſcriptum, vbi pœna metam delicti egredi non debet, quia illa † regula 210.
procedit in facto diuiduo. hinc eſt quod pœna

non egreditur metam ſui delicti. Quod ſecus eſt in caſu noſtro, cum ſimus, vt diximus, in facto indiuiduo, ideo ſi in vno peccatur, in totũ quis peccaſſe videtur, quia in indiuiduis niſi in ſolidum peccari non poteſt, l. idem iuris, ad finem, & in l. in executione. §. 2. de verb. obl. Quod procedit etiam in pœnalibus & odioſis, vt dicit Iaſ. & Dd. in l. 4. §. Cato, col. vlti. de verb. obl. & pœna deuolutionis bonorum ad tertium, eſt appoſita per teſtatorem, vt abſtineat ab alienatione, d. §. fundum, imputandum ergo eſt illi, ſi teſtatoris voluntatem non obſeruat, & illam contemnere velit. Non ergo conqueri debet, ſi priuandus veniat per regulam, Quod quis ex ſua culpa, & ſecundum opinionem Ange. in indiuiduo reperio ſententiã præceptoris mei Decij in d. auth. Qui rem, col. 5. C. de SS. eccl. vbi vltra prædicta adducit ſatis not. fundamentum
211. pro opinione Ang. Nam dicit ipſe, † quod cõditio inducit formã, adducit dictũ Bal. in auth. Matri & auię, col. 1. Quan. mu. tut. off. fung. Sed quando ſumus in caſu formæ, etiam tunc ſolennitas attenditur, licet ſit parui momenti, & adducit dictum Rom. in conſ. 411. in propoſita conſultatione, & remittit ſe ad ea quæ dicit in c. appellatione, ext. de appell.

Suprà

Supra cõcluſum eſt ſecundũ cõmunem ſententiã, quod prohibita alienatione bonorũ extra familiã, non ſit prohibita inſtitutio hęredis legitimi venientis ab inteſtato, etiam quod nõ eſſet de familia, d. §. cum inter. Licet contrarium diximus ſupr. p Bar. & alios in d. §. fratre. Modo quæro in tali caſu, † An talis hæres prohibitus teſtari cenſeatur etiam prohibitus codicillari? 212.
Iſtam quæſtionem tradit hic ſolus Crot. & refert Ang. in conſ. 8. dicas, in conſ. 7. circa finem, in terminis voluiſſe huiuſmodi prohibitionem non extendi ad codicillos, & mouebatur eadem ratione, de qua pluries ſuprà diximus, quia ſumus in materia odioſa, ſcilicet prohibitiua, l. nõ vſq; adeo, infr. Si quis à par. fue. manu. l. polla. de his, quib. vt indig. propterea non erat extendenda per regulam, Odia, de reg. iu. li. 6. l. cum quidam, ſuprà de lib. & poſth. facit tex. in l. quod ſi nepotes, ſuprà de teſta. tut. Bar. in d. l. liberorum, col. 2. & 3. de verb. ſig. & vltra dicta per Crot. hic fac. pro ſentẽtia Ang. vt prohibitus teſtari non cẽſeatur prohibitus codicillari. Nã in prohibitis non debet argui de maiori ad minus. Nã prohibito maiori, nõ prohibetur minus, vt eſt tex. in l. Relegatorũ. §. fi. de interd. vbi ponitur reg. et ibi Bar. dicit, † quod argumẽtum 213.

 de

de minori ad maius valet. Sed non econtra. Sic ergo in caſu iſto prohibitus teſtari, non debet cenſeri prohibitus codicillari in hac materia odioſa, facit text. cũ ſimilibus, in l. cui ex facto, de ſeruis expor. vbi de minori ad maius valet argumentum, ſecus faciunt ea quæ voluit Bar. in l. hoc legatum, inf. tit. 2. Quod verba debeant capi in ſpecie, nõ in genere, fac. gl. not. in c. Rudolphus, & ibi Canoniſtæ de reſcrip. Contra-
214. riũ verius eſſe videtur, vt Crot. hic dicit, † Cuius ſententiam approbo, reiecta Ang. ſententia in præallegato conſ. 7. per rationem quam ipſe adducit. Nam ſi verum eſſet, quod prohibitus teſtari per teſtatorem poſſet codicillari, ſequeretur quod facile fieret eluſoria diſpoſitio teſtatoris, volentis bona remanere in familia, cum per codicillos, & ſic per fideicõmiſſum poſſet bona prohibita alienare, & relinquere extra familiã, q̃d eſſet de directo contra expreſſam mẽ-
215. tem teſtatoris, † & ideo etiam iſto caſu, quod ſumus in materia odioſa & pœnali, ne fiat eluſoria voluntas teſtatoris, debet fieri extenſio de vno caſu ad alium, gl. eſt nota. quæ ſemper adducitur ad hoc propoſitum in c. quanquam, de vſur. in 6. vbi tex. iuncta gl. loquitur in terminis noſtris. Nam ibi vſurarius manifeſtus pro-

hibitus

hibitus erat teſtari, quærit ibi gl. an ſit prohibitus etiam codicillari, & determinat quod ſic, per ſupradictã rationem, & ſumus ibi in odioſis, ad idem eſt tex. in c. ſi ciuitas, de ſenten. excom. in 6. & eſt tex. in l. 1. §. pecuniã, de calum. ad hoc eſt optimus tex. in l. ſed & Iulianus. §. mutui, ad S C. Macedo. vbi I C. facit extenſionem S C. ne fiat fraus legi, & ſumus ibi in odioſis, videlicet in S C. Macedoniano, quod attento principali propoſito iudicatur odioſum, l. qui exceptionem, de condict. ind. ad idem eſt optimus tex. in l. qui libertum. §. hæc verba, de rit. nupt. vbi etiam in odioſis, quando eſt eadem ratio, fit extẽſio ab vno caſu ad alium. Item pro Crot. facit, † quia iſti caſus ſunt æquiparati à 216.
lege antiqua, vt qui poſsit teſtari poſsit codicillari, & econtra l. ij. & ibi Dd. ſupr. eod. Modò, quãdo caſus ſunt æquiparati per viam legis antiquæ, quod diſponitur per legẽ nouam in vno caſu, cenſetur in altero diſpoſitum, gl. in l. ſi quis ſeruo. C. de ſer. corr. Bar. & Dd. in l. omnes populi, de iuſ. & iur. & in l. ſi cõſtãte, ſup. ſol. matr. non habita differẽtia, an ſimus in materia odioſa vel fauorabili, & per hoc fundamentum ceſſare videntur omnia ſupradicta pro opinione Angeli.

Supra concluſum eſt, quod prohibitus alienare extra familiam, & in euentum alienationis ſit tertius vocatus, ſi alienatio ſit proparte, quod prohibitus debeat cadere à toto, ſecundum ſen-
117. tentiam Ang. in d. conſ. 168. † Nunc quæro de notabili & quotidiana quæſtione: Quidã alienauit ſua bona cum pacto legis commiſſoriæ, vel addictionis in diem, & contractus fuit reſolutus, an iſte debeat incurrere in pœnam à teſtatore appoſitam: Quæſtio eſt frequens, quam mouent hic recentiores Hiſpani, & determinãt iſtum prohibitum hęredem non incidere in pœnam contra prohibitionẽ teſtatoris, & hoc quãdo talia pacta ſunt appoſita in contractu venditionis. ſecus verò ſi nullo pacto interueniente fuiſſet facta alienatio. licet poſtea ille redemerit, & ſic reſolutus fuerit contractus. Nam tunc prohibitus incideret in pœnam, & priuandus eſſet, arguẽdo à ſimili de emphiteota, qui vendiderit bona emphiteotica. Nam licet redemiſſet, nõ tamẽ excuſaretur à pœna, vt voluit Dy. poſt gl. & Alber. in l. fin. C. de iur. emphi. Bart. in l. 1. l. ſequitur. §. idem Labeo, de vſucap. & l. 1. §. ſi rem depoſ. & vt dicit Petr. de Anch. in c. potuit, de locato, hanc eſſe communem ſententiam, idem dicunt Ang. Rom.

in

in d.§. idem Labeo. Iaſ. in l. fina. C. de iur. emphi. col. antepen. Decius in conſ. 160. lib. 1. Secus ſi dictum eſſet per emphiteotam in alienatione, Saluo iure domini &c. Mouentur præallegati Hiſpani circa primum dictũ. Nam poſteaquam defecta eſt conditio vẽditionis, perinde eſt, ac ſi venditio facta non fuiſſet, l. pecuniã. Si cer. pet. l. neceſſario, cum ſimilibus, de per. & com. rei vend. facit in ſimili ſecundum ipſos, ſi quis vendat ſub conditione, ne ad emptorem dominium tranſeat, ſi deficiat conditio, non dicitur propriè venditio, l. pen. §. fina. de contrah. empt.

† His tamen non obſtantibus, contrarium mihi verius videtur, & facit l. 1. de commiſſo. vbi dicitur, quòd magis videtur reſolutus contractus ſub conditione, quàm ſub conditione contractus fuiſſet, & ſic contractus videtur eſſe purus, vt ibi etiam Bar. dicit, & ſic apparet, quòd iſte qui vendidit etiam ſub conditione legis cõmiſſoriæ, nõ eſt excuſandus. Item videtur facere tex. opt. in l. 1. §. ſi rem. depoſiti. vbi ſi depoſitarius alienauerit rem depoſitam, licet poſtea eam redimat, tamen tenetur doli cauſa, ſi res perit fortuito caſu, rationem aſsignat IC. quia dolum ſemel commiſit, & ſic in propoſito videtur 218.

in

in iſto caſu prohibitus alienare per teſtatorem deliquiſſe, ex quo contra teſtatoris voluntatem expreſsè rem vendidit, etiam quod vendiderit cum pacto legis Commiſſoriæ, vel adiectionis in diem, vel pacto de retrouendendo, iuxta tex. in l. 2. C. de pact. inter emp. & vend. Item videtur facere tex. in c. 1. Quid iur. ſi poſt alienat.
219. vbi dicitur: † Quod ſi feudatarius vendiderit feudum abſq; domini voluntate, deinde recuperauerit, nihilominus incidit in pœnã, & perdit feudũ, quia ſemel feudum domino apertum fuit, vt dicit ibi tex. & non ob aliam rationem, quam propter contemptum domini directi, ſic ergo in ſimili caſu noſtro cum agatur de contemptu voluntatis teſtatoris, quę indiuidua eſt, vt ſup. diximꝰ per d. l. furioſum. C. qui teſt. fac. poſs. cum ſimil. Item facit argumentum Decij, de quo in d. auth. Qui rem, quod cum conditio faciat formam per dictum Bald. in d. auth. Vt mat. & auiæ. C. quando mu. tut. off. fung. ideo hæres prohibitus non debet aliquo modo alienare, ſiue purè ſiue conditionaliter. Nam non dicitur aliâs formam per teſtatorẽ aſsignatam
220. ſeruare. † Nam quando actus eſt de forma, illi nihil addi vel detrahi poteſt, cũ forma ſit actus rotundus, vt dicit Bald. in l. 2. C. de ſuis & leg.

Dd.

Dd. latè in l. 2. ſupr. de lib. & poſth. & hæc abſq; dubio maximè procederēt, ſi per teſtatorem in prohibitione dictum eſt, vt non poſſet vendere, alienare, vel ſub quolibet alio genere diſponere, prout teſtatores cōmuniter in forma prohibitionis ſolent hoc apponere. vt eſt tex. in auth. de reſcinden. fideicom. & in l. pater. §. fundum. §. quindecim, inf. tit. 2. vbi teſtatores ſimilia verba ſolent apponere, quando prohibēt eorum hæredes alienare. Nam Dd. hic diſputāt, an ſub verbo alienationis contineatur donatio, nec ne, prout videtur tex. in l. voluntas. C. de fideicom. † Ex ſupradictis infertur pulchra 221.
quæſtio, quę in facto cōtigit, vt refert hic Crot. in qua conſuluit collegium Bononienſe. Teſtator prohibuit filios ſuos bona eis relicta alienare extra familiam, vnus ex prædictis filijs habens duos filios, vnum exhęredauit, alterum ex aſſe hæredē inſtituit, iuſta cauſa motus, eò quia filius parentem percuſſerat, quæ eſt cauſa iuſta exhęredationis, & aſsignatur per Imp. in §. cauſas. in auth. vt cum de appel. cog. diſputabatur, an huiuſmodi exhæredatio valeret & teneret? Dd. Bononienſes aſſerebant valere exhæredationem propter iuſtam cauſam. Item quia contrauentum volūtati teſtatoris non erat, cum al-

dd ter

ter filius in aſſe inſtitutus erat, qui erat de familia, ex qua non exibant bona eo modo, & per conſequens non erat locus fideicõmiſſo. Crot. verò, vt ille refert, primò recuſabat huiuſmodi conſiliũ ſubſcribere, & mouebatur ratione fortiſsima, Quod licet exhæredatio valeret & teneret, quantum ad bona ipſius exhęredãtis, non tamen procedebat quantum ad bona aui. His tamen non obſtãtibus approbauit tandẽ Crot. conſilium collegij Bononiẽſis iſta ratione, quæ ſatis probabilis videtur. Nam dicebat ipſe: Si enim teſtator, videlicet auus, ſuſpicatus fuiſſet filium ſuũ, quem diligebat, à nepote percuſſum iri, veriſimiliter illum etiam exhæredaſſet, nec cenſetur teſtator vocaſſe illos quos veriſimili odio perſecutus fuiſſet, per text. not. in l. Lucius. §. Titius, infrà tit. 1. facit l. codicillis. §. matre, infr. tit. prox. ex cuius dictis infertur pulchra limitatio ad dictum Fulg. in d. l. quoties, & Io. de Ana. in d. conſ. 147. Quod dictũ communiter approbatur, Quod etiam quod ſimus in bonis relictis per viam fideicommiſsi, in quibus bonis omnibus eſt ius acquiſitum, nec aliquo modo pater poſsit præiudicare filijs ſuis, nihilominus ſi aliqua cauſa iuſta priuationis ineſſet in perſona patris, quę etiam veriſimiliter

ineſſet,

ineſſet, ſi teſtator antiquus cogitaſſet, idem dicendum eſt,ac ſi bona illa prouidentia ac intuitu paterno,in quibus parens poſſet prҿiudicare filijs ſuis,& ſic debeat fieri extenſio à veriſimili mente illius teſtatoris antiqui, arg. l. Lucius, ſuprà de hære. inſt. & gl. l. cum tale pactum.§. fin. de pact. quod dictum eſt ſingulare & menti tenendum.

† Vltimò pro complemento §.noſtri quæro, 222. an dentur aliqua remedia vel cautelæ ad tollendam prohibitionem factam per teſtatorem de non alienando. Bar.hic duo aſsignat,Primum, vt hҿres vel legatarius prohibitus alienare procuret,vt cōtra ſe amicus agat, & permittat contra ſe iudicem pronuntiare,& ſic in iudicio ſuccumbere,vt ſic aduerſarius rem obtineat, idem dicit ipſe Bar.in d.§.prædium, † vt fingat creditores qui ingrediantur poſſeſsionem rei ex primo & ſecundo decreto, Bald.in auth. ei qui.C. de bon.auth.iud. poſs. Iſtud remediū ſecundū Bar. eſt periculoſum, quia detecta colluſione inter partes nō noceret fideicōmiſſarijs opt.tex. in l.eū qui.§.1.de ī diē adiec. Tu aūt dicas quod non opus eſſet,vt conſtaret de colluſione. Nam res ipſa indicaret expreſsè inter partes colluſionem interueniſſe.Nā ſi reus conuētus in iudicio 223.

ſe nõ defenderet,nec etiam prouocaret, expreſſe cõſtaret de fraude propter præceptum teſtatoris. Nam nemo præſumitur iactare ſuum, l. cũ de indebito,de prob. l. campanus, de oper. libert. Idem dicit Bar. circa huiuſmodi remedium, quod nec forſan ſententia præiudicaret fideicommiſſarijs partibus,niſi eſſent citati,l. in concedendo,melius in l. ſequẽti,de aq.plu.arc.

224. † Et cum hac concluſione Bart. infertur, quod ſententia lata contra prohibitum alienare non noceat fideicommiſſarijs,cuius ſententia eſt æqua,vt contra non citatum ſentẽtia non valeat, nec illi præiudicet,cum ſententia abſq; citatione nulla eſt,l.de vnoquoq;,de re iud.& ibi Dd. Cle.paſtoralis,de re iud. nihilominus ſententia Bar. hic à Dd. reprobatur communiter, vt latè per Ang.Imo.Alex.in d.l.de vnoquoq;,per gl. ibi, & in l.1.§.pen.ſup. de vẽt. inſp.& l.ex con-

225. tractu, de re iud. † Nam regula eſt, quod non ſint citandi illi qui in conſequentiam lædi poſſunt,ita gl.& Dd.in d.l. de vnoquoq;. Bar. ſibi cõtrarius,in l.in diem,de aq.plu.arcen. & multa deducit Alex.in conſ.86. Viſis dubitationibus,li.2. & conſ.56. Stantibus his,eod.lib.Sed ab iſta cõtrarietate poſſet Bar.ſaluari,vt hic per Iaſ. quæ ſolutio fuit Io. Fab. in §. licet autem,

Inſt.

Inſt.de adopt. Rom. in l. peregrè. §. quibus,& ita Alex. concordabat in d. l. de vnoquoque. Nec obſt.tex.in d.l. ex contractu,quia ille text. loquitur in perſonis, quæ non poſſunt aliunde prętendere ius,niſi eodem iure,prout principalis.hinc eſt,ſi ſententia lata cōtra principalē afficit alios prætendentes idem ius eodem iure, vtputa ſubſtitutus, & cohæres, qui in locū principalis ſubrogantur. Nam ſubſtituti dicuntur inſtituti,l.1.ſupr.de vulg. & pup. & nulla differētia eſt inter eos,niſi quod vnus primus,alter verò eſt hæres ſecundus, quod ſecus eſt in caſu Bart. cum fideicōmiſſarij non ſubrogantur in perſona hęredum,imò in odium illorum ſuccedunt,ex quo contraueniunt volūtati teſtatoris, & quia iſta eſt materia aliena à propoſito noſtro de prohibitione alienationis, ideo remitto me hîc ad Crot.& recentiores Hiſpanos.

† Secundum remediū eſt aſsignatum hîc per Bar. videlicet vt prohibitus alienare alienet alicui de familia, vel in caſu conceſſo, & tunc ille poterit deinde extraneo alienare,per tex.not. in l. pater filium.§. quindecim,infr.titu.2. Tamen Bar.etiam ab huiuſmodi remedio recedit, quia, vt dicit ipſe,d. §. loquitur in diuerſis terminis, non tamen declarat Bart. Dd.hîc dicunt,quod 226.

ideo ſit,quia in d. §.quindecim,ibi,Quilibet eorum prohibitus fuerat relinquere partẽ, niſi reliquiſſet alteri, quod ſecus eſt in caſu noſtro, cum abſolutè eſſent prohibiti alienare. Item ſecundo loco dicunt,& iſta eſt magis communis declaratio ad Bar. videlicet,quod iſte tex.loquatur in perſonali prohibitione,ſecus in reali. Nã tunc non procedit diſpoſitio d. §. quindecim, prout ipſe Bar. declarat illum tex. in d.l.peto. §. fratre,& iſtam declarationem ſequitur Caſt. in l. voluntas.C.de fideicom. & in conſ. 232. viſis, col. pen. Decius in conſ.69. viſis duobus conſilijs,col.5.& in conſ.98.col. fin.li.1. & hoc nõ ſolum eſt dicẽdum in reali prohibitione,vt non procedat d. §. quindecim, verùm etiam in perſonali, quę reſoluitur in realẽ,vt ſupr.diximus, nempè ſi teſtator prohibuiſſet bona ſua hęredes alienare,deinde dixerit,quia volo bona mea remanere in familia. Nam tũc dictum declaratur & ampliatur per rationem finalem, per ea quæ ſuprà diximus, addo nũc Curt. ſeniorẽ in conſ. 49. Serioſa. Verùm iſta communis declaratio non videtur procedere ſecundũ terminos quæſtionis propoſitę per ipſum, & propterea tu tertio modo potes declarare mentem Bar. in quantũ dicit,quod d.§.quindecim,loquatur in diuer

ſis

ſis terminis, quia ibi tex. determinat, quod ille qui emerit partē ſocij ſui poſsit tertio extraneo vendere, vel extraneum inſtituere, & ſic alteri. non autem probatur ibi, quod remedium detur prohibito alienare, & quod ipſe poſſet alienare alteri, vt dicit Bar. quærēdo remediū, & formādo hanc quæſtionē, an prohibito alienare cōpetat aliquod remediū, vt poſsit alienare, quia ibi ſolùm prohibitus præſtat occaſionē alteri prohibito, vt poſsit alienare. Sed ipſe non alienat partē prohibitā per teſtatorem, ſed partem tertij cohæredis ſui, & ideo vt prohibitus poſsit vendere partē ſuā quæ fuit prohibiti, debet ab illomet emere & deinde alienare, & hoc modo poſſet alienare. Sed Bar. hoc non declarat, neq; ſentit, vt Iaſ. & Raph. Com. animaduertūt, ideo ſequitur, Quod ſi ille prohibitus alienare, aliena ret partē ſuam, & alteri accreſceret huiuſmodi portio, nō poſsit alienare, etiā ſi eſſet perſonalis prohibitio, cum obuenerit per ius accreſcendi, vt per Ang. Alex. Imo. & Dd. cōmuniter in l. ſi quis teſtamento, ſupr. de vulg. & pup. de quo latius diximus in l. Re coniūcti. inf. tit. noſt. li. 3.

Cùm hactenus ſatis ſuperq; dictum ſit, vt teſtatorum præcepta de bonis non alienandis extra familiam alienentur, nunc pro complemento iſtius materiæ nouiter vltra oēs Dd. quæro,

227. † An principes poſsint immutare teſtatorũ voluntates, vt nõ obſtãte illorũ prohibitione in teſtamẽtis facta, bona poſsint alienari extra familiam: hęc quęſtio eſt noua, vt dixi, nec à Dd. hic vel alibi tacta, quæ quidẽ facilè contingere poteſt, præſertim hoc noſtro ſeculo, ſi principes ꝓ crimine læſæ maieſtatis hoc introducere vellẽt, & ego aliâs in ſimili facti cõtingẽtia hoc diſputatum fuiſſe recordor, vbi quidã nobilis & egregius vir habens affectionem ad bona quædam in teſtamento ſuo cauit, ne illa familiam ſuam exirent, ſed ſemper ad primogenitũ peruenirent, cui teſtamẽto acceſsit confirmatio ſuperioris, ſcilicet Cæſaris. Sed accedẽdo ad materiam pro parte affirmatiua videtur, vt Cæſar vel princeps ſummus vtiq; de plenitudine poteſtatis ſuæ hoc poſsit facere, vt tales prohibitiones non valeant, vel firmę perſiſtãt. & primò

228. moueor, † Nam teſtamenti factio & diſpoſitio eſt iuris poſitiui, vt patet in l. 3. de teſta. Sed in his quæ ſunt iuris poſitiui princeps habet ampliſsimam poteſtatem, c. propoſuit, de conceſ. præben. §. ſed & quod principi. Inſt. de iur. na. gent. & ciui. gl. in l. reſcripta. C. de precib. imp. offer. gl. Bar. & omnes in l. fin. C. Si cont. ius vel vtil. publ. & in talibus caſibus ſufficit pro ratione

tione voluntas, vt dicit Innoc. in c. ad monaſterium, de ſtat. monach. Bar. in l. relegati, de pœn. Bal. & Ang. in l. 1. §. initium, poſt gl. ibi, in verbo, Ratus, de poſtuland. Abb. in c. fraternitatis, de ſciſmati. Secus eſt in his quæ ſunt iuris naturalis & diuini vel gẽtium, in quibus interpretandi & in parte non in totum diſponendi poteſtatem habet, vt per gl. Bar. & omnes ſcribẽtes in l. fin. C. ſi contr. ius vel vtil. pub. † Accedit ſecundò ſingulare dictũ Archidiaco. in ſpecie, in c. vltima voluntas, 13. q. 4. vt princeps poſsit compellere teſtatorem, ne immutare poſſit teſtamentum ſuum, & aliud facere, ſed primum ſeruare debeat. Cuius dictum refert & ſequitur Bar. à Belenzinis in addit. ad Panor. in c. cũ Martha, in 6. notab. de celebra. miſſa. idem videtur ſentire Dec. in c. cũ acceſsiſſent, col. 12. de conſtituti. Si ergo, vt iam auditum eſt, princeps poteſt prohibere, ne teſtator poſsit mutare vel reuocare teſtamentum prius à ſe factum, & hoc modo teſtatoris voluntatem, quæ eſt ambulatoria vſque ad vltimũ vitæ exitum, l. 3. de adimen. leg. l. cum hic ſtatus, verſ. ait. de donati. inter vir. & vxo. c. cum marte, de celeb. miſs. impedire, quanto magis poteſt teſtatorum præcepta de non alienandis bonis extra familiam caſ- 229.

 ſare

ſare & abolere, cum voluntas teſtatoris poſt mortē illius magis duret de iure ſpeciali, quàm communi, ſecundum gl. in illa inſtitutio. in verb. pendere, de hæred. inſtitu. quam gl. Panor. ſequitur in Rub. de teſtam. nu. 1. vbi adducit c. apoſtolica. §. his omnibus. 8. q. 1. quæ ſententia à Dd. cōmuniter approbatur, vt patet per Deci. præceptorem meum, in Rub. C. de teſtam. in princi. licet aliàs contrarium tenuerim in noſtro teſtamentorum compendio facto ſuper dicta Rub. C. de teſtam.

230. † Cuius dicti ratio aſsignari poteſt. Quia voluntas poſt mortem nulla eſt, cum mors, vt dicitur, omnia ſoluit. §. deinceps in auth. de nupt. & in l. non ſolum. §. morte, vbi Dd. latè de oper. no. nūci. & illo caſu teſtatoris volūtas redacta vel collata eſt in tempus inhabile,

231. † & regula iuris dictet, Paria eſſe diſponere in tempore inhabili, vel diſponere in tempore habili, & effectum conferre in tempus inhabile, l. quod ſpōſæ. C. de donat. inter vir. & vxo. & ideo cum ex gratia, vt dixi, iure ſpeciali teſtandi facultas ſit conceſſa, ius non ita firmum & validū reputari debet; cum regula ſit, Ius iſtud firmius & fortius eſſe, q̄d venit ex iuris cōmunis fontibus, q̄ ſpecialib. riuulis, l. eius militis. §. militia miſſus, cum ſimilib. de teſtam. mili.

Tertiò

Tertiò facit, cum in aliquibus caſibus, ſicut ſuprà copioſè oſtendimus, bona ſubiecta reſtitutioni, poſſunt alienari, vt eſt cauſa dotis, iuxta auth. res quæ. C. Commu. de leg. ergo eodem modo à principe qui eſt lex animata in terris, & non ſubiectus legibus, iſta præcepta teſtatorum tolli poterunt.

Quartò ſuadetur ratione, Nam durũ & iniquum eſſe videtur, vt hæredes, qui per mortem teſtatoris facti ſunt domini, nõ poſsint propter inhibitionem à teſtatore factam de rebus proprijs diſponere, cum quilibet in re ſua ſit moderator & arbiter, l. in re mandata. C. manda. vt in ſimili caſu dicitur, in l. dudum. C. de contrah. emptione, & I C. in l. non vſque adeo. Si quis à paren. fue. manu. affirmat iniquum eſſe ingenuis hominibus liberam rerum ſuarum adminiſtrationem denegari, & hanc eandem rationem ſentiebat Iureconſultus noſter, in §. noſtro, dum dicit: Quia talem legem in teſtamento dicere non poſſunt, declarando eam, vt ſuprà diximus circa intellectum noſtri §.

Quintò, facit arguendo à fortiori, † Si iudex nonnunquam poteſt immutare teſtatoris voluntatem, l. in confirmando, l. vtilitatem, de confirman. tuto. l. ſi plures. §. quamuis, de ad- 232.

 miniſt.

miniſt. tuto. l. 1. circa principium. vbi pupil. educ. debe. & voluit Bald. in l. ſi teſtamentum, C. de teſtam. Quanto fortius ſummus princeps poterit immutare teſtatoris voluntatem, cum ſemper præſumatur nihil facere abſq; cauſa, vt gl. ſingularis & ab omnibus recepta voluit in l. relegati, de pœnis. Accedit quod voluit Bart. poſt Dy. in l. nemo poteſt, de leg. 1. quod licet pater prohibuerit inuẽtarij confectionem, quod facere poteſt, l. fina. in fin. C. arbitr. tutel. tamen ſi iudici videtur pupillo vtile eſſe, vt inuentariũ cõficiatur, poteſt tutorẽ ad cõfectionẽ inuẽtarij compellere. hoc dictum ſequitur Bald. in l. cum tale. §. 1. de conditi. & demonſtr. & in d. l. fina. C. arbitr. tute. Aret. in conſ. 22. diligenter & maturè cõſideratis. in primo dubio, vbi conſuluit diuiſionem quandã cum minore factam valuiſſe cõtra teſtatoris prohibitionem, vt euitaretur damnum in cõmunione manentis, idem voluit in notab. caſu, Ancha. in conſ. 84. prima facie dicendum videtur.

Sextò pro hac ſententia affirmatiua vrget. Nam huiuſmodi teſtatorum pręcepta de bonis non alienandis extra familiam, videntur tendere in damnum & præiudicium creditorum, & contrahentes ignari hæredes non poſſe alienare

ſua

ſua bona alienare & hypotecare facilè circumueniri poſſent, ideo iuſtiſsimis de cauſis princeps debet ſuam authoritatem de delendis iſtis præceptis inhibitorijs interponere. † Nam videmus in his caſibus legem proſpicere creditoribus, ne eis fiat præiudicium, & vt propter æs alienum bona prohibita alienari ſint nihilominus hypothecata creditoribus, vt patet in tex. noſtro. & ad hoc facit totus titulus. ff. & C. de his quę in fraud.cred.l. 1.§.1. vbi gl.naut. caup. ſtab. Nam malitijs & fraudibus obuiare debemus, & facto debitoris ius creditoris non debet fieri deterius, l.debitorum, cum l. ſeq. C. de pact. cum ſimilibus, adhoc propoſitũ inſeruit, l.peto.§. prædium, de leg. 2. & eſt optimus tex. in l. pater filium, in princ. & in §. idem quæſijt, de leg. 2. & hanc ob cauſam pluries in patria mea, vbi ſæpiſsimè talia fideicommiſſa & prohibitiones teſtatorum fiũt, maximas ciuiũ querelas audiui, vt vix tutum ſit aliquẽ emere bona propter præcepta talia, & quod certus eſſe non poſsit emptor, an debeat emere vel nõ, cum plęrunq; ſuper omnibus bonis ſit tale præceptum adiectũ. Sed ad hęc vitãda conſultũ foret, vt fideicõmiſſa huiuſmodi & inhibitiões in albo deſcriberẽtur, & in archiuo publico reponerẽtur. 233.

ee 3 Vlti-

Vltimò pro hac ſententia adduco. Nam ſi teſtator prohibet bona extra familiam vllo pacto alienari, videtur agnatis, & illis qui ſunt de familia, acquiſitũ eſſe ius virtute teſtamenti, & ex diſpoſitione iuris ciuilis, meritò princeps poteſt auferre agnatis hoc ius, ſicuti reuera licet illi tollere iura quæſita alicui ex aditiõe hęreditatis, ſentẽtia & pręſcriptione, vti voluit Bal. in l. fin. col. 2. verſ. Sed immediatè oppono. C. ſenten. reſcin. non poſs. Ang. in l. Lucius, in 2. notab. de euictio. Caſt. in l. 3. verſ. item per hanc legem, de teſta. Dec. in c. quę in eccleſiarum, de conſtit. col. 12. verſ. Quintus caſus.

234. † & quod ius quæſitum de iure ciuili non ſit ita firmum, ſicut illud quod habet originem ex iure gẽtium, voluit Dec. in conſ. 557. Accuratè, col. 1. in fi. Maria. Soz. iunior in conſ. 120. proſpectis his, nu. 8. cum ſeq. li. 2. vbi reſpondet tacitę obiectioni, vt licet dominium ſit de iure gentium, l. ex hoc iure, de iuſt. & iur. tamen inſpici & cõſiderari debeat cauſa principalis, ſcilicet aditio hæreditatis, quę eſt iuris ciuilis, licet dominium poſtea ſecutum ſit de iure gentium. Secus dicendũ eſt, quando cauſa ipſa eſt de iure gẽtium, vt ſunt illi contractus, qui enumerãtur

in

in d. l. ex hoc iure, tunc dominiũ eſt de iure gẽtiũ, quoad originem, & ſic multò fortius quàm ſi de iure ciuili proueniret. Et propterea Dd. in prædictis locis inferunt principem minori cum difficultate poſſe immutare feudorum formam præiudicando agnatis, circa illud ius quęſitum eis ex feudorum conceſsione; videlicet dominium vtile, cum ex legũ diſpoſitione proueniat, & iure poſitiuo, tãtam verò poteſtatem illi non concedunt in dominio aliarum rerum particularium, cum in illis habeant dominiũ directum, & non vtile, niſi illud quoq; emanaret ex fontibus iuris gẽtium, d. l. ex hoc iure, de iuſ. & iur. vbi Dd. hoc ſentire videntur.

† His tamen alijsq; quæ in contrarium adduci poſſunt, non obſtãtibus, ęquior & verior eſt ſententiá negatiua, principem ſcilicet non poſſe nec debere abſq; iuſta & rationabili cauſa teſtatorum præcepta de bonis non alienandis infringere, vt ſcilicet cõtra expreſſam prohibitionem ipſorum alienentur. † Ratio manifeſta eſt, nam cum per tale mandatum omnibus agnatis ſit quæſitum ius, non debet nec etiã poteſt princeps eos priuare conſentiẽdo bonorum alienationi, vt etiã patet in l. item ſi verberatum. §. 1. vbi Bart. de rei vendica. bonus tex. in l. venditor.

tor. §. ſi conſtat. Commu. prædior. in illis verbis. Nec priuato neq; publico nomine, &c. & licet tex. ibi excipiendo dicat, niſi talis cõſuetudo cõſiſtat, videtur tamen per conſequẽs multò magis hoc poſſe auferri, ſi per principẽ hoc fiat, tamen reſpondetur, quod ille tex. loquatur de cõſuetudine introducta, de cõſenſu domini agri illius in quo erant lapidicinæ, & pro hoc intellectu facit tex. in l. ſi priuatus. Qui & à quib. & in l. toties, & ibi Bar. de polluitati. facit tex. in l. id quod noſtrũ, de reg. iur. vbi præceptor meus extendit ad principem, vt ibi habetur latè per eum, & Dd. in d. l. fina. C. ſi contra ius vel vtil. pub. Canoniſ. in d. c. quæ in eccleſiarum, ext. de conſtitu. & Innoc. in c. ſuper his, de voto, in fortioribus terminis volebat principẽ non poſſe Saracenos & gentiles priuare iure & dominio rerum ſuarum, quoniam ius eis acquiſitum eſt de iure gentium, d. l. ex hoc iure. pari de cauſa affirmant Dd. pontificem non poſſe priuare Iudæos dominio rerum ſuarum abſq; iuſta & rationabili cauſa, pro cõfirmatione huius ſentẽtiæ facit nota. dictũ Bar. in d. l. ex hoc iure principi videlicet non licere obligationem & actionem emanantem ex iure gentium tollere, licet poſſet priuare quoad formalitatẽ, & iuris po-

ſitiui

ſitiui ſolennitatẽ, quia remaneret actionis ſubſtantia,vt manu regia agere poſsit,quę ſuccedebat loco actionis, l.2.de orig. iur. & Panor. ſequitur in d.c.quæ in eccleſiarum, ex quo dicto notabili infertur verum eſſe, quod aliàs dixi actionẽ ſimpliciter, vti Dd. ferè omnes volunt, eſſe de iure ciuili, ſed dũtaxat quoad formam & ſolennia,cum ius ciuile actiones de iure gentium olim rudes in formam quãdam redegerit, & ita intelligatur tex.in d. l.2. ibi, Compoſitæ ſunt. ſecus verò dicendum eſt de actionibus quoad ſubſtantiam, cum partes in iudicijs agebant,& iudicia ſunt iuris gẽtium, vt patet in ſacra ſcriptura,& alijs hiſtorijs. & quod principes non poſsint dominos priuare dominio rerũ ſuarum,vltra prædicta adduci poteſt in primis auctoritas Oldr.in conſ.87.in principio quęritur,vbi infert poſt Innoc.in d.c.quia plęriq;,& Arch.in c. ſi de rebus, 23. q. 7. pontificem non poſſe expellere Iudæos & Gentiles,nam licet ſit dominus eorum,quoad protectionem, non tamen debet eos ſpoliare rebus proprijs, per not. in l.benè à Zenone.C.de pręſcrip.30.anno.hoc idem voluit Feder. Petruc. in q. 17. nu. 4. vbi adducit Innoc.in d.c.quæ in eccleſiarum, & rationem adducebat Bar.in d. l. fina. C. Si contr.

ius vel vtil.pub. diſtinguẽdo nonnullos caſus, in quibus princeps non poteſt vaſallos priuare iure rerum ſuarum,nam princeps habet iuriſdictionẽ à Deo,vt in auth.Quom. opor. epiſc. ad idẽ propoſitum vltra ipſum eſt tex. in auth. de conſulib. Sed Deus non dedit iuriſdictionem, vt ille habeat per hoc occaſionẽ peccandi & auferendi alicui bona propria. eiuſdem ſententiæ eſt idem Bar. in l.quoties,poſt gl.ibi.C.de precib. Imp.offer.& in l. iubemus.C.de SS.eccleſ. & in l. Gallus.§. & quid ſi tantum,de libe. & poſth. & ideo Bald. in l. reſcripta,ad finem. C. de precib.Imp.offer.inferebat,vt ſi aliquis haberet poteſtatẽ legitimãdi à Cęſare,etiã poſt parẽtis obitũ,ſi tamẽ mortuo parente antẽ legitimationem adierint hęreditatem,& per conſequens effecti ſunt domini,non pręiudicat eis legitimatio,idem voluit Anch.in conſ.400. Card.Flor. in c. quia diligẽtiam,de electio. Raph. Comen. in conſ.147. Reuerendus, nu.2. non poſſe vllo modo pręiudicari veniẽtibus ab inteſtato,ſi ius poſt mortẽ eorũ quæſitum fuit. Alex.in d.§. & quid ſi tantum, nu. 23. & in conſ.47. In cauſa inter aſſertos,nu.4.& 5. li.7. & conſ. 101. Viſo inſtrumento,nu.8.li.1. & conſ.111. Ex his,nu. 6. lib. 5. Ex quibus omnibus apparet,cum per

huiuſ-

huiuſmodi præcepta à teſtatoribus in teſtamentis apposita ſit omnibus de familia acquiſitum ius, quod nullò modo teſtatoris voluntas per principem tolli poſsit, ſed inuiolata ſeruari debeat. Voluntas enim illius quoad ſubſtantiam eſt iuris gentium & non poſitiui, vt Bart. & alij expreſsè dicunt in l. interdum, vbi Iaſ. quoq; de condit. indeb. & ego latè dixi in meo teſtamentorum compendio. Ad maiorē huius opinionis confirmationē accedit, quod teſtatoris mandatū immutare iniquū ſit, l. ex facto, de vulg. ibi, Iniquum eſt &c. † & ideo non valet ſtatutum, 237.
vel conſuetudo, vt quis non poſsit teſtari abſq; alicuius conſenſu, vt ſi ſtatutum diſponeret, vt mulier non poſsit teſtari ſine conſenſu viri, vt dicebat Caſt. in l. ſtipulatio hoc modo concepta, de verb. obligat. cuius ſententia à Dd. recipitur. Hac de cauſa datur à lege vnicuiq; libera poteſtas diſponendi, l. 1. C. de ſacroſanct. eccle. & quicquid teſtator iubet vel mandat, id pro lege ſeruari debet. §. diſponat, cum alijs, in auth. de nupt. Et videmus in fortioribus terminis, Quod ſi teſtator prohibeat bona data à ſe eccleſijs vel alijs locis pijs, etiā pro redemptione captiuorum & ſic propter cauſam fauorabilem, tamen valet, tenet & firma remanet teſtatoris

præceptũ,tex. eſt in §. ſanctiſsimas, in auth. de non alienan. Quum talia bona, & etiam ſacra pro redimendis captiuis diſtrahi poſſunt, l. ſancimus. C. de epiſc. & cler. & quod teſtatoris volũtas ſit immutabilis, fac. ea quæ Caſt. cæteriq; Dd. voluerunt in d. l. ex facto, ſcilicet ius municipale viribus nõ ſubſiſtere, ſi priuaret aliquem facultate teſtãdi, per d. l. ex facto, in prin. & per alia ſuprà adducta, cum illa facultas teſtandi ſit cognita de iure gentium, vt in ſacræ ſcripturæ pluribus locis legitur, & licet apud Germanos olim teſtamenti factio non admodum cognita fuit, vt Cornelius Tacitus rerũ Germanicarum ſcriptor refert, tamen per hoc dici non poteſt non eſſe introductam de iure gentium, ſi apud
238. alias nationes in vſu fuit. † hinc Dd. volũt hæredem in foro poli teneri ad præſtationem fideicommiſſorum & legatorum ſi habuerit notitiam, etiam ſi teſtamentum non ſit ſolenne vel penitus nullum, ita eleganter vult Abb. & alij ſequuntur, in c. quia plæriq;, de immunit. eccleſia. & ratio eſt, quia naturalis obligatio eſt nata ſecundum magis communem ſententiam Dd. in l. cum quis. C. de iur. & fact. ignor. licet Bar. & Dd. inter ſe plurimũ diſputent, in l. 1. de cõdi. indeb. & ego aliâs dixi in l. nemo poteſt, de

leg.

leg. 1. pro qua ſententia ego ſoleo notare tex. in l. & ſi inutiliter in ſui ratione. C. de fideicom. ibi, Non ſolùm ex ſcriptura, ſed etiam ex conſcientia. Bald. quoque ibi ponderare videtur.

Item vt principes non debeant immutare teſtatorum voluntatem quoad prædictã alienationem facit. † Nam, vt ſuprà dictum eſt, bona 239.
hoc modo prohibita alienari non cadunt in cõmiſſum, vt debeant confiſcari ex delicto prohibiti, etiam propter crimen læſæ maieſtatis, licet aliâs in huiuſmodi delicto leges ſeueriſsimè puniant delinquentes, l. 1. & l. 2. ad l. Iuli. maieſt. l. quiſquis. C. eod. titu. & quod bona talia non cadant in crimen læſæ maieſtatis, facit bonus tex. in l. Imperator. de fideicom. libertat. vbi expreſsè dicitur, bona prohibita alienari nõ poſſe ex prohibiti delicto confiſcari, & Bar. ibi expreſsè not. illũ tex. & adducit tex. in l. ſi libertinum, de bon. liber. & l. ſtatus, in fine, de iure fiſci. Licet tex. in d. l. Imperator non admodum vrgeat, cum tractet de fauore libertatis, cuius cauſa ſpecialis eſt, & multa ſpecialia propter ipſam cõtra regulas iuris introducta ſunt, l. generaliter. §. ſi quis tutorem. de fideicom. libertat. ibi, Nec ignotũ eſt &c. & per hoc patet in d. l. Imperator, in fine, libertatis fauorem intueri.

Tamen Bar. ſentẽtia in d. l. Imperator, communiter recipitur, vt apparet per Benedic. de Plũbi. & Roma. in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus, de dam. infect. Soz. in conſ. 121. præmittenda eſt, col. 4. verſ. Sed regula eſt, lib. 4. cum alijs adductis per præceptorem meum in conſ. 442. & hanc eſſe communem ſententiam aſſerit Curt. iunior in conſ. 120. præſupponitur in facto, col. 4. & ita dicebat Veronen. in conſ. 55. & nouiſſimè Maria. Soz. iunior hic in ſuis commentarijs ante paucos menſes in lucem editis. Aug. Beroius in ſuis Quæſtionibus familiaribus, nu. 41. Gigas in ſuo tracta. de crimine læſæ maieſtat. q. 3. in Rub. de pœnis committentium crimen læſæ maieſt. & eſt communis ſententia, vt voluit Alex. 23. Oportunè ponderatis, lib. 1. & in conſ. 88. lib. 2. vbi in ſpecie loquitur de prohibitione facta per teſtatorẽ, vt in caſu noſtro. Non ob aliam rationem prædicta procedunt,
240. quàm vt teſtatoris voluntas ſeruetur, † & communis ſententia apud Italos ſeruatur, vt propter crimen læſæ maieſtatis bona ſubiecta fideicommiſſa non debeant publicari. Si ergo in crimine læſæ maieſtatis, in quo aliâs admodum rigorosè proceditur, vt videre licet in d. l. quiſquis, & per Hiero. Gigan. in d. tracta. & Matth.

de

de Afflict. in tit. Quæ ſint regalia, in verb. Quæ bona cõmittentium, in vſib. feud. pariter princeps non debet immutare teſtatoris voluntatẽ, cũ nil ſit magis propriũ Cęſaris officium q̃; cuſtodire leges, vt teſtatorũ voluntates ſeruentur, & ad effectum perducantur, & hoc Reip. etiam intereſt d. l. vel negare, quemad. teſta. aperi.

Et tenendo hanc ſententiam, quę ſuffulta eſt æquitate & iuribus, vt teſtatorum voluntates ſeruentur, (licet in ſpecie interpretum deciſiones in hoc articulo non reperiantur, tamen in dubio ſemper adhęrere debemus ęquitati, remotis omnibus iuris apicibus, l. ſi ſeruum. §. ſequitur, de verb. oblig.) non obſtant quæ ſuprà pro parte affirmatiua in medium adducta ſunt, & primò nihil impedit principem poſſe de plenitudine poteſtatis ſuę leges ſubuertere, cum ſit ſupra ius conſtitutus, vt Cano. latè tradunt in d. c. quę eccleſiarum, extr. de conſtituti. † Nam 241.
licet teſtamentum ſit iuris poſitiui, quoad formam & ſolennitatem, tamen quoad ſubſtantiam & inuentionem eſt iuris naturalis & gentium, vt Bart. & Doctores dicunt in d. l. interdum, de conditi. indeb. & ad hoc facit optimum dictum Bart. ſuprà adductum, in d. l. ex hoc iure principẽ non poſſe auferre & impedire obli-

obligationem acquiſitam de iure gentium vel naturali,licet ſecus ſit, quoad formalitatem, & ſic quoad diſpoſitionem iuris poſitiui, & per conſequens nec poteſt nec debet impedire teſtatoris voluntatem,quam leges omnibus fauoribus proſequuntur.

242. Non obſtat ſecundo loco Archi. authoritas, quia eius dictum de iure nullo modo procedere poteſt,cum ſit contra omnes leges, quę ſtatuunt liberam eſſe debere teſtandi facultatem, vt patet in d.l. ex facto. ibi, Iniquum &c. l. 1. C. de ſacroſan.eccleſ. eſt etiam contra bonos mores, aliquem priuare hac facultate teſtandi,l.ſtipulatio hoc modo concepta, & ibi Dd.latè,de verb.oblig. & ratio eſt,quia illa facultas teſtādi,quoad ſubſtantiā,eſt de iure gētium, & ideo ſicut lex vel ſtatutum non valeret,quod aliquis non poſſet teſtari, vt per Dd. in d. l. ſtipulatio hoc modo concepta, ita nec princeps hoc facere debet, imò non ſolùm quis ſemetipſum non poteſt in totum priuare iſta facultate, ſed nec etiam pro parte aſtringere, l. ſi fratres. §. idem reſpondit. el. 1. pro ſocio vel alium actum facere,propter quem non liberum eſſet ei teſtari, l. ſi quis in principio teſtamēti, de leg. 1. in illis verbis, Nemo poteſt ſibi imponere legē, à qua rece-

recedere non poteſt &c. in quo loco Dd. tradunt, hactenus à nullo aſsignatũ fuiſſe modum, vt quis non poſsit condere teſtamentum, quia illud non ſolùm eſt contra leges, ſed etiam contra bonos mores naturales & ciuiles, & iuris gentium, & ideò nec iuramento quis poſſet ſe priuare iſta facultate, vt per Bar. poſt Ioh. And. in l. ſi quis pro eo, de fideiuſſor. Alex. & Dd. in d. l. ſtipulatio hoc modo concepta. Recentiores in repetitione auth. Sine. C. de libe. præter. dixi latè in l. ſi quis in principio teſtamenti.

Non obſtat tertium fundamentũ, quod cum in pluribus caſibus ſpecialibus (veluti in cauſa dotis vel alimentorũ) lex diſpẽſauit, ergo idem poteſt fieri per principem, præſertim in crimine læſæ maieſtatis, in quo publici fauoris ratio conſideratur, quæ etiam conſideratur in d. auth. Res quæ. † Ad hoc reſpondetur & fateri oportet argumentum, principem poſſe immutare teſtatorum ſententias, vt bona prohibita alienari poſsint, quotieſcunq; fauor publicus vel publica vtilitas militaret, nam tali caſu princeps poteſt ius naturale & gentium immutare, patet in d. l. item ſi verberatum. §. 1. vbi Bart. de rei vendica. l. Lucius, de euictio. l. venditor. §. ſi conſtat. Commu. prædio. Dd. in d. c. quæ in eccle- 243.

gg ſiarum,

244. ſiarum, prout infrà diſtinguẽdo dicam. † Nam in crimine læſæ maieſtatis, publica vtilitas læditur, pax & tranquillitas populorum perturbatur, vt infrà dicam. Tamen bonũ eſt, vt principes ſeſe contineant cum iure communi bona prohibita alienari non veniãt in confiſcationẽ, vt ſuprà latè deduximus, licet vſusfructus dictorum bonorum, viuẽte eo qui cõmiſit huiuſmodi delictũ, pertineat ad principem, vt voluit Caſt. in l. inſulam, in prin. ſol. matr. Matth. de Afflict. in tit. quæ ſint regalia, verſ. & bona cõmittentium, col. 1. nu. 5. qui adducit, l. ſern. in c. 1. §. in terra, in tit. Quæ fue. prima cauſ. bene. amitt. licet Bald. contrarium voluerit vnà cum Salyc. in l. 1. C. de bon. quæ liber.

Non me mouet quartum argumẽtum, quod durum videatur, quem non poſſe diſponere de
245 rebus proprijs per ſuprà adducta: quia reſpondetur hoc verum eſſe, quando quis ab initio ſit verus dominus, & poſtmodum ſequatur inhibitio. Secus verò eſt in caſu noſtro, cum teſtator ipſe dum diſponebat erat dominus, meritò legem potuit imponere rebus proprijs cum rei ſuæ ſit moderator & arbiter. l. in re mandata. C. manda. prohibiti verò tempore prohibitionis non erant domini, & ideò teſtatoris

ipſius voluntas prędominatur & ſeruanda eſt, d. §. diſponat, quia legitima prohibitionis cauſa iudicari debet, ſi vult vt maneant bona in familia, quo facilius dignitas familiæ conſeruetur. quod ſecus eſt, ſi non fuerit cauſa legitima, quia tunc vti nudum pręceptum non valeret, vti in textu noſtro, & in d. l. cum pater. §. Iulius Agrippa, cum alijs, & ita reſpondetur ad textum noſtrum, vt ſuprà in notabilibus dictum eſt.

Huic deciſioni non impedimento erit quintum argumentum, quod iudex nonnunquam poſsit derogari & detrahere teſtatoris voluntati, d. l. in confirmando d. l. vtilitatem, cum alijs iuribus, quia reſpondetur, omnia iura prædicta procedere, quando iudex hoc facit ex veriſimili mente teſtatoris, non admittendo tutorem & curatorem filijs eius, ſi apparet quod ſint obęrati vel vitijs polluti, quia teſtator ſi poſſet reuocare eos tutores ſeu curatores, nouos abſque dubio conſtitueret, & hac ratione mouentur prædicta iura, vt in eis colligitur. Quod ſecus eſt, quando expreſsè conſtat de teſtatoris voluntate, vt bona eius non alienentur extra familiam, ſed vt perpetuò in ea maneant fauore propriæ agnationis conſer-

uandæ, nam tali caſu non debet iudex impedire teſtatoris voluntatem, imò eam omnibus modis inuiolatam cōſeruare, cum ſit publici iuris, l. vel negare, Quem.teſta.aperi. ſecus, vt dixi, eſſet, ſi iudex ex veriſimili mente teſtatoris hoc faceret, quia tunc non videretur derogare. Sed magis adiuuare & corroborare teſtatoris voluntatem, facit adhoc nota. & ſing.tex.in l. qui
245. hominem manda. † Nam licet regula ſit, vt mandati fines diligenter ſint ſeruandi, l. diligenter, eo. tit. tamen ex veriſimili mandantis voluntate licitum eſt recedere, vt in illo ſingulari caſu dicit I C. in d. l. qui hominem.

Non obſtat, quod ſexto loco adductum fuit, vt ſi princeps non poſſet teſtatorum præcepta de bonis non alienandis extra familiam reuocare, plurimæ fraudes in præiudicium fiſci & creditorum committerentur, quod non eſt concedendum, & I C. in textu noſtro excipiebat, ibi, Sed neq;. Tamen reſpōderi poteſt, quod loquimur de debito vel delicto præterito, tunc nulla fraus fieri poteſt, quia bona prohibita alienari ſunt obligata pro ære alieno vel delicto ipſius teſtatoris præterito, vt textus noſter hic ab omnibus intelligitur. Si verò æs alienum vel delictum conſideratur de futuro, hoc caſu omnis ſiniſtra

niſtra ſuſpicio delinquēdi in dubio tollitur, & quælibet cauſa ſiue iuſta, ſiue iniuſta nos excuſat, l. igitur. §. 1. de liber. cau. nec de proximo delinquendi cauſa conſiderari poteſt, vt lex à teſtatore impoſita impediri debeat, iuxta l. cōuenire, de pact. dota. l. iuris gentium, de pact. & ad hoc eſt tex. in d. l. Imperator, vbi expreſsè dicitur bona prohibita alienari non poſſe obligari ex delicto, & quæ non poſſunt transferri in extraneos, non poſſunt applicari fiſco.

Vltimò non obſtat id quod ſuprà dicebatur, Teſtandi facultatem quoad formam & ſolennia eſſe de iure ciuili, & ſic iure poſitiuo, vt Bar. & Dd. omnes volunt in d. l. interdum, de condit. inde. & ideo ius acquiſitū agnatis prouenire ex iuris poſitiui diſponen. & propterea non adeo firmum ius videtur, vt principes non poſſunt derogare, cum latiorem poteſtates habeant in his quæ ſunt iuris poſitiui, quàm in his quæ ſunt iuris gentium & diuini, vt not. per gl. Bar. Bal. Sal. & alios in l. fin. C. ſi contr. ius vel vti. pub. & facit quod vult Bal. in d. l. fin. col. 2. verſ. Sed immediatè. C. Senten. reſcin. nō poſſe, vt in his quæ ſunt iuris poſitiui, vt ſuprà dictum eſt &c. Sed tamen reſpondetur, Quod magis habenda ſit ratio, quoad teſtamentū cir-

ea ſubſtātiam illius, ꝙ circa formā & alia acci-
246. dētalia ſuperueniētia, † quia ſemper prefertur id quod prouenit iure naturali quàm accidentali. tex. in l. qui habet, de tutel. facit tex. in §. patronū. Inſt. de re. diuin. & videmus iura naturalia & gentium non poſſe corrumpi per ius poſitiuum, l. eas, de cap. diminu. l. 2. de vſufr. ea. rer. quæ vſu conſu.

247. † Circa hanc quæſtionem poſſent tamen aliquot caſus diſtingui, Aut enim pro ære alieno, vel crimine, primo caſu ſubdiſtinguo, aut pro debito de præterito, tunc abſque vlla principis poteſtate poſſunt iſta bona, vt dicitur in §. noſtro, alienari, & iſte caſus caret difficultate. Si verò pro ære alieno de futuro, tunc nullo modo princeps poteſt nec debet immutare voluntatem teſtatoris per ſuprà adducta, niſi eſſet cauſa vrgens rationabilis, ita Iaſ. poſt alios, quos refert. in l. quo minus, nu. 7. de flumin.

Quod in his quæ ſunt iuris naturalis vel gentium, princeps non poteſt diſpenſare, niſi vera cauſa ſit expreſſa, & licet in principe ſemper præſumatur cauſa, glo. ſing. in l. relegati, in verbo, Ex aliqua cauſa, de pœnis. Tamen gl. illa communiter recepta, procedit in his quæ ſunt iuris poſitiui, ſecus in his quæ ſunt iuris natu-

naturalis & gentium, ita Ab. in d. c. quæ in eccleſiarum, Rom. in conſ. 352. Quæritur primo vtrum domini Auemonenſes, circa finem. ad hoc fa. op. in ſpecie tex. vbi Bal. no. l. ſi teſtamẽtum, C. de teſtam. Quod licet in principe præſumatur cauſa, tamen non præſumitur ad tollendum teſtamẽtum, niſi ſit expreſſa, ratio iſtius declarationis eſt, quia ſi in principis diſpoſitione, circa ea quæ ſunt iuris naturalis vel gentiũ, ſemper pręſumeretur cauſa, in poteſtate eius eſſet peruertere iura naturalia & ciuilia quod falſum eſt, vt per Dd. d. l. fina. C. Si contra ius vel vtil. pub. d. c. quæ in eccleſiarum.

Circa ſecundũ caſum ſubdiſtĩguo, aut eſt crimẽ priuatũ aut publicũ. Si priuatũ, & tũc ſubdiſtinguo ſicut ĩ priori caſu, Aut delictũ de pręterito eſt cõmiſſum à defũcto teſtatore, vel à prohibito alienare. Primo caſu ratione delicti commiſsi à teſtatore bona poſſunt confiſcari, vt eſt tex. noſter hic, & ſupr. latè oſtẽſum fuit. Sin verò ratione heredis prohibiti alienare, tũc nõ cadũt in cõmiſſum, & ita procedat tex. vbi Bar. in d. l. Imperator. & hoc quidẽ indiſtinctè intelligendũ eſt, ſiue ante, ſiue poſt prohibitionẽ factã peccauerit hęres. In ſecũdo verò caſu pricipali, qñ agitur de crimine publico, velut læſæ maieſtatis,

ieſtatis, tunc in perſona teſtatoris omnia bona tenētur fiſco ratione publicæ vtilitatis, quæ cōſideratur in tam deteſtabili crimine. Nam ex principis obitu vel læſione omnis populus & omnes prouinciales iacturam maximam patitur, totusq́ patriæ ſtatus concutitur. ita præceptor meus in conſ. 410. col. fin. nu. 265. li. 3. refert & ſeq. Gigas in d. tracta. quæſtio. 68. nu. 8. & publica vtilitate verſari in crimine læſæ maieſtatis, ſatis colligitur ex legibus, vt patet ex deſcriptione Vlp. in l. 1. in prin. & in fin. ad l. Iul. maieſt. plura exempla tradi poſſent, ſed ſufficiat nobis vnicum Iulij Cæſaris exemplum, ex quo conſtat, quot mala Reſp. Romana propter eius cædem paſſa ſit, vt hiſtoriæ atteſtātur, vt eleganter dicit tex. in l. ſi quis ingenuam. §. in ciuilibus, de capt. & poſt. reuerſ. ibi, In ciuilib. diſſenſionibus &c. & in huiuſmodi delicto tam enormi licet quis non veniat ad actum, quo caſu aliâs non puniretur, quia propter cogitationes nemo pati debet pœnam, l. cogitationis, de pœnis. c. cogitationis, diſt. 1. tamen ſecus eſt in hoc crimine, l. quiſquis, ibi eadem enim ſeueritate. C. ad l. Iul. maieſt. & ibi Doctores omnes Archidiaco. in c. ſi quis. 1. q. 6. col. 2. in verb. in gl. non punitur. Matt. de Affl. in c. 1.

§. &

§. & bona cõmittentium, col. 2. nu. 23. in 8. ſpeciali, in tit. Quæ ſint regalia in vſi. feud. Lofr. in conſ. 22. Quando Lucas, col. 4. nu. 8. Si vero hæres ipſe committeret delictum, tunc bona prohibita non poterunt confiſcari, vt Dd. omnes affirmant in d. l. Imperator. Si tamen Cæſar hoc caſu vellet fiſco applicare hæc bona, poſſet non obſtante teſtatoris prohibitione, & ratio eſt, quia fauore publicæ vtilitatis princeps poteſt ex cauſa iuſta & rationabili contra ius naturale & gentium diſponere, d. l. item ſi verberatum. §. 1. vbi Bart. & d. l. Lucius, vbi Ang. de euictio. Ang. & Bald. in l. bene à Zenone. C. de præſcript. 30. annor. Dd. in d. c. quæ in eccleſiarum, extr. de conſtitutio. & in d. l. fin. C. Si contr. ius vel vtili. pub. Quod autem in crimine læſæ maieſtatis conſiſtat publica vtilitas, nemo eſt qui negare poſsit. Nam plura ratione publicæ vtilitatis concedi poſſunt, quæ aliâs non tenerent, vt in d. l. item ſi verberatum. §. 1. vbi Bar. & Dd. de rei vendic. faciunt, quæ late tradit Alex. in conſil. 101. lib. 1. vt ratione publicæ vtilitatis rex poſſit reuocare priuilegia, aliâs à ſe conceſſa, licet videatur hoc fieri non poſſe. Nam princeps debet habere vnam linguam, vnum

calamũ,quia ſcriptũ eſt in ſacra ſcriptura, Quæ proceſſerunt de labijs meis nõ faciam irrita, vnde principis dictum debet eſſe immobile, ſicut lapis angularis, & ſicut polus in cœlo, ita Bal. in conſ. 279. pridie enim. lib. 5. vbi concludit, quod quãdo princeps reuocat quod fecit motu proprio, fingitur circũuentus adeò quod cõtrarium probari non poteſt, Dec. l. nemo poteſt mutare, de reg. iur. nu. 3.

Si verò princeps teſtatoris voluntatem immutauerit ex veriſimili teſtatoris voluntate, quia ſi vixiſſet, idem feciſſet, tunc princeps procul dubio poteſt. Si enim ſimplex iudex hoc poteſt, d. l. in confirmando, & l. vtilitatem, de confir. tuto. multò fortius princeps. ad hoc faci. omnia quæ Dd. omnes dicunt in d. l. nemo poteſt, de leg. 1. & ego ibi ſcripſi, vt videre licet in noſtris cõmentarijs. Quæ omnia corroborantur. Nam videmus ſæpe leges receſsiſſe à verbis teſtatoris in teſtamento appoſitis, inſpecta veriſimili mente teſtatoris, vt patet in l. cũ auus, de conditi. & demonſt. ibi plus dictum, minus ſcriptũ, l. cum acutiſsimi. C. de fideicom. l. generaliter. §. cum autem. C. de inſtit. & ſubſtitu. Nam teſtatoris voluntas magis inſpiciẽdà eſt, quàm id quod ſcriptũ eſt, l. 4. C. de libe. præ-

ter.

ter. l. cum virum. C. de fideicom. cum ſimil. Licet interdũ etiam, & ſic ſpecialiter lex voluerit contrariũ, ſed plerumq; hoc ſeruatur, vt l C. in l. ſi alij, in fin. de vſufr. leg. ibi, Quia interdum plus valet ſcriptura, quàm id quod actũ eſt, de cuius l. intellectu Dd. tractant in pluribus locis, ego me refero ad ea quę dixi in l. quoties, de reb. dubijs.

Aut princeps vult teſtatoris voluntati derogare cauſa tollendi ſcandali & rixarũ, tunc poteſt & valet. † Nam magiſtratus omnibus modis inuigilare debet, ne rixæ & certamina fiant, 248.
plurima enim mala exoriũtur, l. æquiſsimũ, de vſufr. licet enim volũtas teſtatoris ſeruanda ſit, vt ſuprà dictum eſt, tamen à regulis licet recedere propter vitanda ſcandala, vt ex pluribus cõprobat Rom. in l. ſi verò. §. de viro. ſol. mat. in 7. limita. Fely. in c. nihil, de præſcript. Alex. conſ. 7. in conſultatione præmiſſa. lib. 5. Corroboratur iſta diſtinctio, vt licet iura in ſpecie dicant, principũ reſcriptis eſſe parẽdum, tamen reſtringi debet ſi nõ naſceretur ſcandalum, tunc ęquo animo principes ferre debẽt, ſi inferior nõ paret, c. ſi quando, de reſcrip. adduci poteſt ſimile. Videmus ſi populus reſiſtit epiſcopo in electione, etiã quod iniuſtè hoc faciat, tamẽ euitandi

tandi ſcandali cauſa priuãdus eſt eccleſia, facto ei bono cambio, vt eleganter inquit Innoc. in c. niſi cum pridem, de renunti. refert & ſeq. Abb. in c. 1. de electio. col. penul. c. fin. de confir. vtil. vel inu. c. tua nos, de cler. ægrot. & plura Fel. & alij adducunt in d. c. quæ in eccleſiarum. Et hoc expediti iuris eſt principem poſſe priuare aliquem res ſuæ dominio ex aliqua cauſa data, tamen recõpenſatione, vt in l. 2. C. Quib. ex cau. ſer. d. l. venditor. §. ſi conſtat. Com. præd. l. ſi pendentes. §. ſi quid cloacarij, de vſufr. Bart. in l. fina. §. 1. de pignor. cũ alijs adductis per Dd. in d. c. quæ in eccleſiarum, multò magis poteſt princeps ſcandali euitandi cauſa ſubſiſtente iuſta cauſa ius alteri competens ex teſtamẽto auferre, facta præſertim damni recompenſatione, & de hoc vltimo vide Nattã in conſ. 425. ferè per totum, lib. 2. Et ex his omnibus huic nouæ Quæſtioni, vnà cum toto compendio ad laudem Dei Opt. Max. finem impo-
nimus.

RE-

RERVM AC VOCVM MEMORABILIVM IN TOTO HOC OPERE CONTENTARVM INDEX LOCVpletiſsimus, ſecundùm ordinem Alphabeti digeſtus.

A.

Argumentum ab authoritate validum eſt, quod non ſolũ procedit in eo, qui habet poteſtatem legis cōdendæ, verùm etiam ſi quis aliàs fuerit ſingularis doctrinæ. nu. 4

Argumentum de contractibus ad vltimas voluntates valet, vbi eſt eadem ratio. nu. 123. & nu. 184.

Argumentum de dote ad alimenta procedit, ſed non e contra. nu. 132.

Argumentum de minori ad maius procedit, ſed non è contra. nu. 213

Alienationis prohibitio vnde proueniat. nu. 68

Alienationis nomine quid contineatur. nu. 69

ſi cōſentientibus illis, quorum intuitu teſtator prohibuit bona alienari, fit Alienatio, valet. nu. 203. Procedit hoc etiam, ſi tacitè conſentiant, vel præſentes alienationi nō contradicant. nu. 204. & 205

bona prohibita Alienari non cenſentur prohibita alienari in præiudicium ipſius teſtatoris. nu. 46. quod ampliatur, vt locum habeat etiam in alijs cauſis fauorabilibus, vt in cauſa dotis, alimentorum, & ſimilibus. nu. 47

an bona prohibita Alienari, poſsint in aliquibus caſibus alienari. nu. 115.

bona prohibita Alienari non poſſe publicari propter delictum, cōtra Alciat. author affirmat. nu. 55

an & quo ordinè Agnati ſuccedere debeant in euentum, ſi contrauentum fuerit teſtatoris prohibitioni, quærit author. nu. 104. tandem omnes agnatos ad ſucceſsionē admitti, nulla graduum ratione habita, oſtendit. nu. 106

an propter cauſam Alimentorum liceat bona reſtitutioni ſubiecta vendere. nu. 131

illud quod venit iure Augmenti

ti

ti vel acceſcendi, cenſetur venire eodem iure, quo res cui fit augmentum.nu.155
Actus in forma conſiſtens nullo modo immutari poteſt, cùm formæ nil addi vel detrahi poſsit.nu.220
Actus geminatus plus operatur,quàm ſimplex.nu.176

B.

Benefacienti benefacere debemus.nu.76

C.

Cauſæ expreſsio in præcepto de non alienandis bonis quomodo intelligatur.nu.2
an Cauſa exprimatur verbis expreſsis vel æquipollentibus idem eſt nu.30
Cauſæ expreſsio duplici modo in materia noſtri §.conſideratur,quod pluribus exemplis declaratur.nu.32
quando ſumus in Cauſa odioſa,fieri debet extenſio de vno caſu ad alium,ne voluntas teſtatoris fiat eluſoria.nu.215
Creditor propriè quis dicatur.nu.51
Creditores & fiſcum in caſu § noſtri non differre declarat.nu.54
prima Charitas incipit à ſemet ipſa.nu.100.& 111
Copula,&,ſua natura ſolet æqualitatē inducere,nu.168
pro Captiuorum liberatione bona prohibita alienari diſtrahi poſſunt.nu.140
Conſilium, vt bona in caſibus etiam à lege permiſsis non poſsint alienari.nu.144
Conſilium Barth. traditum ad l.pater.§.quindecim.de leg.3.à Dd.non recipitur,damnari tñ ab illis,ſi rectè inſpiciatur, non poteſt. nu.149
Conſiliū Iacob. de Bell. vt hæredes nunquam poſsint bona extra familiam alienare, ab authore reprobatur. nu.175.& 177
Conſilium traditur,vt alienans bona reſtitutioni ſubiecta det fideiuſſorem eū ad quem bona iure fideicommiſsi in euentum contrauentionis venirent.nu.206
Conſilia aliquot ab authore traduntur, vt prohibitiones teſtatoris de bonis non alienandis tollantur. nu.222
primum Conſilium,vt permittat aliquem contra ſe agere, &ſuccumbat.nu.223
Conſilium ſecundum, vt prohibitus alienare vendat vni ex familia, qui poteſt extraneo concedere.nu.226
verbum,Continetur,proprietatem ſignificat.nu.169
Con-

Conditio debet impleri in forma ſpecifica.nu.171
Conditio inducit formam,quę licet parui momenti ſit, inſpicitur tamen.nu.211
Caſus æquiparati per viam legis antiquæ extenſionem patiuntur.nu.216
non eſſe Citandos eos, qui in conſequentiam lædi nō poſſunt,Bart.ſibi contrarius ſentit,à qua tamen contrarietate eum author defendit. nu.225
in Crimine læſæ maieſtatis verſatur publica vtilitas. nu. 244

D.

Declaratio §.Iulianus,in l.pater,de leg.3.contra Alciatū traditur.nu.10
Declaratio gl.in l.codicillis.§.inſtituto.de leg.2.nu.18
noua Declaratio authoris ad iſtam Regulam,Præceptum teſtatoris de bonis non alienandis cum cauſa valere. nu.19
Declarationes aliquot ad §. quindecim.in l.pater.de leg.3.nu.148.152.153
Declaratio l.boues. §. hoc ſermone,de verb.ſig.quę cū §. noſtro reconciliatur.nu.52
Declaratio vera ad §.Sanctiſſimas, in auth. de alienat. & emphite. ab authore traditur.nu.23.quam tamen de iure Canonico non procedere dicit.nu.24.
qui Dat vel donat ex cauſa remunerationis, non videtur merè & propriè donare. 74
quis propriè dicatur Donare. nu.75
Differentiam eſſe, an aliqui vocentur ſpecialiter,vel ſub nomine collectiuo. nu.112
Dotis cauſa bona prohibita alienari,Dd. communiter volunt diſtrahi poſſe. nu. 116. quæ ſententia nouis rationibus confirmatur. nu.117 Iaſoniſq; argumentis contrarium ſentientis reſpondetur per authorem,Dd.ſententiam defendendo. nu. 118.quæ tandem limitatur. nu.120.121.125.
Dos propriè non eſt pia cauſa, ſed tunc dicitur pia cauſa, quando intuitu animæ relinquitur.nu.129
Dotis cauſa & ſtudiorū æquiparantur.nu.136
Decennium reputatur longū tempus. nu.79. Quod an verum ſit,vide nu.81.& 82
abſque Doctis viris orbis regi non poteſt,nu.138
an Dominium transferatur in emptorem, ſi prohibiti per teſtatorem alienare, vendāt bo-

bona illis relicta.nu. 183
ſi inter contrahentes conuentũ eſſet, ne emptor venderet bona empta, & emptor non obſtãte illa cõuentione vendat, an hoc caſu transferat Dominiũ, quærit author, nu. 185. & dicit q; ſic. nu. 186. q̃ Regula limitatur nu. 187. 188. 190. 191. 192. 193
excellenti Doctori atteſtanti de conſuetudine, credendum eſt. nu. 70

E.

bona relicta Eccleſiæ dicuntur data Deo, quoad dominiũ & poſſeſsionem. nu. 26
res Eccleſiaſtica vel emphiteutica, facta ſemel alienabilis, ſemper poteſt in futurum abſque ſolennitate alienari. nu. 150
an propter Æs alienum alienari poſsint bona prohibita alienari. nu 139
Emere & vendere de iure communi quilibet poteſt. 195
ſi prohibitus alienare bona extra familiam iuſta de cauſa Exhæredaret filium vnum, & alterum in aſſe inſtitueret, an talis exhæredatio valeat nu. 221

F.

Familiæ dignitas deficientibus opibus facilè ſeruari non poteſt. nu. 1
Familiæ nomen quomodo accipiatur. nu. 101
an bona prohibita alienari poſſint applicari Fiſco propter debitum vel delictum quærit author. nu. 65. in qua quæſtione Ruyn. & Fabius Narnien. prædeceſſor authoris in veſpertinis lectionibus non poſſe applicari argumentantur. nu. 66. author tandem plures caſus diſtinguendo, quid in tanta difficultate ſentiat oſtendit. 67
bona prohibita alienari non poſſunt applicari Fiſco propter prohibiti delictum. nu. 239. quod apud Italos cõmuniter obſeruatur. 240
Feudi alienatio reuocatur vaſſallis cõtradicentibus, ne duriorem dominum experiantur. nu. 13. niſi domini in eorum territorio habeant locum principis. nu. 14
ſi in Feudi conceſsione dictum fuerit, Tibi & hæredibus, intelligiť de maſculis. nu. 35. ſi verò dictum fuerit, Quibuſcunque, intelligitur de omnibus. nu. 36
res ſolitæ in Feudum concedi non cadunt in prohibitione facta per teſtatorem. nu. 87
in Feudo ſi admittuntur agnati ꝓximiores vocantur. 105
ſi ali-

ſi aliquis accepit Feudum pro ſe & alijs de familia, prius eſt pręferendus qui accepit. nu. 110

bona Feudalia an poſsint alienari ex cauſa dotis, eſt maxima cõtrouerſia inter Dd. nu. 127. & 128

res Feudalis ſemel alienata cũ conſenſu directi domini poteſt rurſus alienari abſq; cõſenſu ipſius. nu. 151

deſcendentes ex linea Fœminina nõ continentur in materia ſtricta & odioſa. 38

Fœminæ licet dicantur agnatæ, tamen deſcendentes ex eis non ſunt de agnatione. nu. 39. & 102

Fœminæ illuſtres prius ſe à patre quàm à marito nominare ſolent. nu. 103

an Fœminæ admittantur ad bona prohibita alienari, & poſtea alijs relinquere poſſint, autor dubitat. 113. 114

conſilium, vt Fœminæ bona feudalia in dotem dare poſſint. nu. 130

an Filius in legitima dicatur creditor, author diſputat & declarat. nu. 48

Formæ nil addi vel detrahi poteſt. nu. 59

multa conceſſa ſunt contra regulas iuris, ne quis Fame pereat. nu. 133

Fauor publicus non ſolùm cõſideratur, vt ciuitas liberis hominibus repleatur, verũ etiam vt illi conſeruentur. nu. 134

vbicunq; Fauor publicus verſatur, ex cauſa legitima & neceſſaria, licet bona prohibita per teſtatorem alienare. nu. 143

vbi Fauor publicus verſatur, ceſſant omnia priuilegia eccleſiarum. nu. 198

ſi is, qui eſt de Familia fuerit fideiuſſor alienantis bona ꝓhibita; cenſetur conſentire. nu. 205. quod notandũ eſt pro cautela. nu. 206

H.

Hominis diſpoſitio debet intelligi de prima perſona, & non ſecunda. nu. 166

Hæres hæredis eſt teſtatoris hæres. nu. 168

Hæres tenetur approbare factum defũcti. nu. 202.

Hæredes tenentur ad legatorũ & fideicommiſſorum præſtationem in foro poli, licet omiſſa fuerint ſolennia. 238

I.

an Ius municipale valeat, ne bona poſsint vendi nõ ſubditis. nu. 194. in quo articulo varias Dd. opiniones receſet author, tandemq; quid

ii ipſe

ipſe ſentiat aperit. nu. 196
Iudex poteſt teſtatoris voluntatem immutare, multo magis princeps. nu. 232
Ius proueniens ex iuris ciuilis diſpoſitione non adeò firmum eſt, ſicut ius proueniens ex iuris naturalis vel gentium fontibus. nu. 234

L.

differentia eſt inter iſta nomina, Liberi & Poſteri. nu. 37
an principes poſsint, viuente adhuc patre, confiſcare Legitimam filio debitam. nu. 47
Locatio ſua natura non immutat, nec transfert dominium. nu. 84
Lex generaliter loquens non continet cauſam dotis. 124
ſi prohibitus alienare alienat cum pacto Legis commiſſoriæ, & contractus fuerit reſolutus, alienantem incidere in pœnam, recentiores Hiſpani dicunt. nu. 217. contrarium tamen tenet author. nu. 218
Lex debet intelligi ſecundùm titulū, ſub quo ſita eſt. 170
Legatum relictum eccleſiæ centum annorum ſpatio extinguitur. nu. 179. & ideo Alex. dat cautelam, vt addantur illa verba, Perpetuò, & in infinitum. nu. 180. quā author poſt Crot. reprobat. nu. 181
Lex ſemper prouidet, ne quid fiat in præiudicium creditorum. nu. 233

M.

ſi Mulier accipit pro ſe & hæredibus ſeu poſteris ſuis feudum vel emphiteoſim, tunc continentur fœminæ. 43
Maritus priuatur omni lucro dotis ex diſpoſitione legis ac iuris municipalis, vel pacti de dote lucranda, ſi negligens fuit circa vxoris valetudinem. nu. 142
Mandatarius ex probabili mādantis ſententia poteſt egredi mandati fines. nu. 245
Magiſtratus ſemper proſpicere debet, ne ſcandala & tumultus exoriantur. nu. 248

N.

Nepotes non veniunt in materia odioſa appellatione filiorum. nu. 40
Nepotes non venire appellatione filiorū in prohibitione perſonali de bonis non alienandis extra familiam, Dd. communiter volunt. nu. 156. contrarium tamen diſputando aliquem obtinere poſſe dicit author. nu. 158. reſpondetq; ad argumenta

menta in contrarium addu
ɗta.nu. 160. tandem communis ſententia,à qua recedendum non eſt, limitatur aliquot modis, vt habetur nu. 161. 162. 163
an propter Neceſsitatem vel valetudinem curandam liceat bona reſtitutioni ſubieɗta alienare, nouiter quærit author,& aſſerit hoc licere.nu. 141

P.

Præceptum teſtatoris de bonis non alienandis eſt nullum, non ſolùm ab initio, abſq; cauſa adieɗta, verùmetiam ex poſt faɗto non conualidatur.nu. 5
in Prohibitione alienationis rerum animatarum non requiritur expreſsio cauſę. 11
Prohibitio alienationis vaſallorum abſq; cauſæ expreſſione, valet nu. 12
Præceptum de bonis non alienandis abſque cauſa, nullius momenti eſt, ſi diſpoſitiuè, ſecus ſi conditionaliter fit. num. 16. item ſi plures perſonæ prohibentur alienare nu. 17
Præceptum de non alienandis bonis, nō adieɗta cauſa; validum eſt, quando res aliqua de iure communi prohibetur alienari, tamen in non nullis caſibus ſpecialibus vendere conceſſum eſt. nu. 20. in qua quæſtione author contrarium probat pluribus rationibus. nu. 21
duo requiruntur ad cōualidandum præceptum teſtatoris de bonis non alienandis. 31
Præceptū de bonis nō alienandis abſq; cauſa adeò eſt nullum, vt nec ciuilis, nec naturalis obligatio oriatur. 33
Prohibitio de non alienandis bonis valet, ſi nominatur perſona, cuius intuitu hoc fit. nu. 34
Præceptum de non alienandis bonis, intelligitur ex cauſa voluntaria, ſecus ex neceſſaria. nu. 53
Prohibitus alienare bona extra familiā, ſi interpellat illos, q ſunt de familia, num velint emere, et illi recuſant, an poſſit extraneo poſtmodū vendere, quærit author. nu. 56. in qua quæſt. variant Dd.& author diſputat. nu. 57. tandem, vt veritas appareat, plures concluſiones ponit. 58
Præceptum de bonis non alienandis abſq; cauſa, quoad prohibitū, non valet, tamen quoad alias perſonas, vt tutores & adminiſtratores, operabitur. nu. 60

Prohibitus alienare cenſetur omnes alios actus facere, per quos deuenitur ad dominij translationem.nu.70.fallit, vt habetur nu.73
Prohibitus alienare non poteſt compromittere ſeu tranſigere ſuper illis bonis.nu.71 & quare, vide nu.72
Prohibitus alienare non poteſt rem in feudum concedere, niſi remunerationis cauſa hoc faceret.nu.73
Prohibitus alienare non poteſt concedere in emphiteoſim. nu.85. limitatur nu.86
an Prohibita alienatione cenſeatur quoq; prohibita locatio quæritur.nu.77.tandéq; diſtinguitur.nu.78
ſi Prohibitio alienationis reſpicit ſolummodo fauorem ꝓhibiti, tunc tempore neceſſitatis conceditur alienatio. nu.25
an Prohibitus alienare poſsit ingredi monaſterium, & illi relinquere bona prohibita. nu.88
Prohibitus alienare an poſsit teſtari ad vtramque partem diſputat author. nu.90.& tandem more ſolito diſtinguit.nu.92.& contra communem probat prohibitum alienare non poſſe teſtari. nu.93
Prohibitio facta ratione ſingulatum perſonarum excludit omnes hæredes.nu.95
Prohibitio generalis idem operatur quod ſpecialis. nu.96
Prohibitio de bonis non alienandis eſt duplex, perſonalis ſcilicet & realis. nu. 145
Prohibitus alienare bona extra familiam an poſsit vni ex familia,& ille deinde extraneo vendere.nu.146.& author dicit quòd ſic.nu. 147
Prohibitio facta à teſtatore, ne alienentur bona vſque ad certum tempus, quia velit illa manere in familia,extenditur, vt vltra id tempus duret prohibitio perpetuò. nu.154
ſi teſtator Prohibet hæredes alienare bona extra familiã ſub nomine collectiuo, an illa prohibitio extẽdatur ad hæredem hæredis, quærit author.nu.164.tandem nouis diſtinctionib. declarat. 167
Prohibitionis materia eſt odioſa,& non extendenda. nu. 165.& 157
Præceptum de bonis non alienandis quàmdiu durare debeat.nu.172.& 174
bona Prohibita alienari poſſe præſcribi, Barth. poſt Guil. à Cun. exiſtimat. nu. 199. author verò contra illos inſurgit.

ſurgit. nu. 200. diſtinguendoq; reconciliat.nu. 201
ſi Prohibitus alienari bona aliqua, partem eorum vendit, an debeat bonis omnibus, vel ſaltem pro parte alienata priuari, in vtramq; partē diſputat author.nu. 207. & Angeli opinionem tandem ſequitur.nu.209
Pater poteſt prohibere filium bona relicta ſibi pro legitima alienare vſque ad certū tempus, ſi iuſta & rationabili cauſa motus fuerit.8
Præceptum de non alienandis bonis à principe factum,nō indiget cauſæ expreſsione. nu.27
in conceſsione Principis ſemper p̄ſumitur cauſa.nu,28. ſed quomodo hoc procedat optimè declarat author. 29
licet appellatione Poſterorum non veniant deſcendentes ex linea fœminina, tamen ſi dictum fuerit, quibuſcunq;, continentur. nu.41. vel niſi materia eſſet fauorabilis.42
ſi Princeps,Comes vel Baro p̄hiberet vaſallos alienari,valet prohibitio abſque cauſæ expreſsione,quia præſumeretur cauſa affectionis. nu. 62. hoc tamen in ſupremis principibus, non in inferioribus procedere author declarat, ideo dominus proprietate priuaretur.nu. 63
vtrum Princeps poſsit teſtatorum voluntati derogare, vt non obſtantibus eorū præceptis de bonis non alienandis extra familiā bona poſſint alienari.nu. 227
Princeps maiorem poteſtatem habet in his, quæ ſunt iuris poſitiui,quàm iuris naturalis vel gentium. nu. 228
Principem poſſe prohibere, ne teſtamentum ab aliquo conditū reuocetur,Archid.vult. nu.229.quod tamen ab authore reprobatur. nu.242
Principem non poſſe derogare voluntati vel prohibitioni teſtatoris, author dicit. nu.234.tandem diſtinguit, quando poſsit,nu.247
Princeps non poteſt iuri alijs quæſito derogare. nu.236
Princeps poteſt ratione publicæ vtilitatis derogare his, q̄ iure naturali vel gentiū conſtituta ſunt.nu.243
dictio,Perpetuum, multis modis verificatur.83.&178
quod Principaliter venit, ſemper conſiderandum eſt.159
Pœna in facto indiuiduo committitur in totum,ſi pro parte fiat.nu.210
ſi Prodigus vel ſimilis prohibetur alienare etiam abſq; cau

ſa adiecta, valet illud præceptum, & cauſa tacitè ſubintelligitur. nu. 15.
Paria ſunt diſponere in tempore inhabili vel in tempore habili, & cōferre in tempus inhabile. nu. 231.

Q.

Qualitas adiecta diſpoſitioni, quę non conſideratur in caſu, de quo agitur, non auget effectū diſpoſitionis. nu. 22.

R.

Ratio deciſionis ad tex. noſtrū à Dd. aſsignata reijcitur ab authore. nu. 6. tādemq; genuina ponitur. nu. 7.
Ratio prohibitionis de bonis non alienandis, etiam tacitè ſubintellecta, reddit diſpoſitionem teſtatoris validam. nu. 9.
Ratio generalis extēdit & non reſtringit dictum. nu. 119.
vbi eſt eadem Ratio, ibi debet eſſe eadem iuris diſpoſitio. nu. 122. & 126.
Ratio licet non ſit expreſſa in ſtatuto, tamen quando alia reddi nō poteſt, habetur pro expreſſa. 197.
præfertur ſemper id, quod ex Ratione naturali prouenit potius quàm quod per accidens. nu. 246.
appellatione Rei in materia odioſa pars non continetur. nu. 208.

S.

Summariū Bar. & Dd. ad tex. noſtrum poſitum vti obſcurū ac defectiuum reijcitur, ac aliud ponitur nu. 3.
omne Simile appetit ſuum ſimile. nu. 44.
Subſtitutio facta mulieri ſi ſine liberis deceſſerit, intelligitur ſiue maſculis ſiue fœminis. nu. 45.
Studiorum fauore bona prohibita alienari non poſſe vendi, contra Ang & alios, viuis rationibus oſtēdit author. nu. 135.
plura ſpecialia fauore Studiorū ſunt introducta. nu. 137.
Singularis ſucceſſor non tenetur ſtare colono. nu. 189.
Sententia lata contra prohibitum alienare non nocet fideicommiſſarijs, niſi ſint citati. nu. 224.
Statutum vel conſuetudo non valet, ſi alicui teſtandi facultas auferatur vel reſtringatur. nu. 237.

T.

in Teſtamentis & vltimis voluntatibus teſtatoris voluntas prædominatur. nu. 50.
ſi Teſtator relinquit filiæ ſuæ mille ſi nupſerit, et ducētos ſi